

**Xa**  
2775




X, 54.


2, 614.













T V M V L I  
MINISTRORVM VER

BI DIVINI 40. SCHOLARVM 20.

Politic. 4. Matronarum 14. Puellor

um 16. Puellarum 14.

EX INCLYTO

COMITATV MANS-

FELDENSIS.

PROXIMO SEPTEN-

NIO IN AETERNAM VITAM

euocatorum & euocatarum, Epi-

taphijs ornati,

à

Georgio Regebrando,

Past. Cresfelteni.

Cum Præfatione viri Reueren-

disimi D. M. HIERONYMI MEN-

CELI Superintendentis ibidem.

ISLEBII

Vrbanus Gubisius excudebat.

A N N O.

---

M. D. LXXX.



IN EPICEDIA REVE-  
RENDI ET DOCTISSIMI VIRI  
D. GEORGII REGEBRANDI  
Pastoris Cresfeldensis &c.

**A**stra super celebres, hominū volitentq; per ora  
Quos tulit egregios extera terra viros:  
Nobis laude sua vigeant, famæq; nitore  
Quos Mansfeldi cum vidit, habetq; solum  
Nam quis id ignorat diuinum Heroa Lutherum  
Hinc haussisse sui semina principij?  
Quo Duce, iacturam sunt vani fana Papatus  
Passa, nec est Latio, quod decus, ante, Caco  
Quin à diuino quis non vixisse Luthero  
Asserit, hoc semper Lumina clara, loco?  
Excitosq; viros hinc ad loca disita longè  
Adiutum pura religionis opus?  
Sic fato semper doctrina & munere fandi  
Eximios, humus hæc diues ab ære tulit  
Quorum non memorat minimos tua vena, Georgi,  
Carmine, Nasonis qualiter ore fluit,  
Perge, precor, meritis bene versu condere famam,  
Nec poterunt illi, nec tua fama mori.

V Wolfgangus Hexamius.





## Præfatio.

Psal. 90. Homo sicut herba transit, mane flores, uespere decidit, succiditur & arescit. Defecimus in ira tua, in furore tuo sumus turbati, &c. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Dies annorum nostrorum 70, anni. Si autem in potentatibus 80, anni: Et amplius eorum labor & dolor. Item de his Homeri Iliados 2.

Οἴκτ' ἔφυλλων ἕνεκ, τοῖνδ' ἔτι καὶ ἀνδρῶν,  
Φύλλα τὰ μὲν τ' ἀνεμ' ὄχλα δ' ἰσχυρὰ χεῖρα ἄλλα  
( δ' ἔδ' ὕλη

Tu ledōw & φύφ, ἕαρ & ὡλ γίνεται ὡρη,  
ὧς ἀνδρῶν ἕνεκ, ἢ μὲν φύφ, ἢ δ' ἀπολήφ.  
Perstule est folijs hominum genus omne caducis,  
Quæ nunc nata uides pulchrisq; uirescere syluis.  
Autumno ueniente cadunt, simul illa perurens  
Incubuit Boreas, quædam sub uerna renasci  
Tempora: sic hominum generatio: pullulat ille,  
Hic deflorescit &c. Et de alijs aureis sacre scripturae, & saniorum Philosophorum sanis sententijs seriò cogitasse, & hac cogitatione incitatum subinde orasse, & etiamnum ardentè orare, & optare: Notum s̄c mibi Domine finem M E V M, & numerum dierum meorum, ut sciam quod esse de sinam. Ecce mensuram palmæ posuisti dies meos: Et tempora mea quasi nihilum coram te. Vniuersa uanitas omnis homo uiuens &c. Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus? Et substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus erue me &c.  
Civis



## Præfatio.

Ciuis ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Quod si animadvertero, Nobiliss. iuuenes, uobis uoluntatem meam non improbari, maiori olim argumento, animum uestri studiosissimum aperiam.

Aeternus Pater Domini nostri Iesu Christi uos, & nobilissimas matronas, matres ac sorores uestras pias iuxta, ac maximè illas decentibus insignium uirtutum monilibus conspicuas, ad nominis sui gloriam, ac Ecclesie uerae ornamentum & praesidium diu florentes & incolumes tueatur. Valete. Datum Cresfeldti Comitatus Mansfeldici, Anno M. D. LXXIX. Profesto Pentecostes, quo ante annos octo pietatis & literarum ergò in patriam Lutheri, Islebium, uenistis.

V. N. T.

Georgius Regebrandus.

Epita-



EPI TAPHIA  
EORVM, QVI IN VR-  
BE ISLEBIA PIE EX HAC  
*calamitosa vita ad coelestis laticiae  
infinitam consuetudinem  
excesserunt.*

EPI TAPHIVM.  
D. M. HENRICI RHO-  
DII PASTORIS AD  
D. Andream.

**H**enricus Rhodius, quem Sangerehusa tenellum  
Edidit, hoc tegitur post sua fata solo.  
Viuus is à viuo quæ dogmata viua Luthero  
Hauit, erat viua reddere voce potens,  
Propter hæc patriam depulsus vertere terram,  
Ista latens cuperet cum viciare dolus.  
Ne culpanda gregi præberet scandala Christi,  
Dulce, crucis sacra sponte subiuit, onus:  
Patria grata pio, sed longè gratius, omni,  
Pro Christo patriam deseruisse suam.  
Taxauit quoties errorum semina, mundi  
Crimina, sub lingua fulmen habere putes.  
Erexit quoties varijs oppressa periclis  
Pectora, sub lingua crescere mella putes.  
Talis manauit facundia ab ore, disertis,  
Lingua sit in laudes ne satis ulla, uiri.

B

Testis



## Epitaphia.

3  
Tēstis es Islebia, cui ceu cupio omnia recte,  
Sic dubito num sis huic habitura parem.  
Præmia non mundus, rediens sed Christus Olympo  
Gaudia in æternum non moritura dabit.  
Mortuus est placidè Christi inter brachia, iisdem  
Haud unquam Sathanae ui rapiendus in est.  
Pectus ab innata marcescens pondera culpæ  
Et uitæ lugens impia gesta sua.  
Et sacro sancto conssersum sanguine Christi,  
Qui luit officio crimina nostra suo,  
Repletumq; sacro sancti spiramine flatus  
Donatumq; simul iustificante fide,  
Euitansq; atri Sathanae mundiq; maligni  
Technas, et propriae flebile carnis opus:  
Hoc est thesaurus quo non maior meliorue  
Ex summo, à summo culmine patre, datur.  
Hoc est thesaurus, quo non acceptior alter  
Cœlesti et possit gratior esse patri.  
Hoc nos in mortis firmet constanter agone  
Et uitam uicta morte uidere facit.  
Henricus tali Rhodius tulit ultima fata  
Pectore, et exuperans horrida Victor ouat:  
Corporis imminui uires ubi namq; uideret,  
Hos iterat forti pectore sæpe sonos:  
Amplius in terris non expeto uiuere: nam nil  
Quam mors, hæc uita est, quottidiana pijs.  
Quid cessas cupidi discedere, rumpere uitam  
Efferat mors? lucrum tu quia grande: Necd.

Nemo



## Epitaphia.

Nam quia te Christus dextra uictrice peremit  
Horresco, uibras, quæ fera spicula, nihil.  
Tu mihi tu uenies cunctorum meta malorum:  
Per te Sydereas uiuus imibo domos.  
Crebrò iterat tales & corde & guttere lato,  
Pertusus mando uiuere uelle, sonos.  
Viuiscoq; animam saluantis corpore Christi  
Pascit & illius sanguine uiuisco.  
Noticiamq; Dei summam conseruat in horam,  
Ac hilari placide morte solutus obit.  
Nunc illi coràm fas cum Patre cernere Christum  
Et, quod ab aeterno, flamen, utrumq; ligat.  
Nunc uidet Heroas rursumq; uidetur ab illis  
Quotquot ab Adamo secla tulere, uidet.  
Cum proauis, atauos, abauos, dulcesq; parentes,  
Quos pridem terris mors tulit aspra, uidet.  
Leticia exultans uiuacia gaudia carpit  
Iam pars angelici certa sodalicij.  
Quæ ratio hic nunquam percepit, lumina & aures Esa. 64.  
Prendere non ullo quæ potuere modo,  
Proh quanta in nitido nactus commercia celo  
Possidet? à cunctis liber ubiq; malis.  
Nulla ibi nulla angit sortis Vesania sanctos,  
Nullus ibi luctus corda beata grauat.  
In toto requies tantum & lux fulget Olympo  
Cunctaq; quæ mentes, corpora quæq; iuuant.  
Vtere celesti fortunatissime vita  
Henricæ ætherias splendidus inter opes.

B 2

Vt tibi



## Epitaphia.

*Vt tibi iungatur post mille pericula rerum,  
Adsiduo in voris hoc pius omnis habet.*

*Obijt Anno 1575. 6. Maij.  
circa 6. vespert.*

### E P I T A P H I V M.

**D. M. ANDREÆ FAB-**  
**BRICII PASTORIS AD D. NI-**  
**colaum, Theologi uerè Lutherani.**

**F**abricij placidam capiunt hic ossa quietem,  
Qui uerè Andreas nomine req̃; fuit.  
Christe tui curam populi quia strenuus vrgens  
Aurea directa hunc duxit ad astra via.  
Heresiumq̃; dolos vt apertus pelleret hostis  
Huc vigil intentus nocte dieq̃; fuit.  
Commoda respiciens sua nulla, pericula nulla,  
Quod decuit, fido pectore fecit opus.  
Northusa quidam falso, sub nomine fratres,  
Quod redolet Papæ dogma, docere parant,  
Non tantum Christi meritum, sed propria facta  
Nos etiam coram iustificare Deo.  
Fabricius contra. Tantummodò sanguine Christi  
Quilibet ante Deum iustificatur homo  
In proprijs quamuis habeat nil viribus, inquit  
Confidens solium prodeat ante Dei.  
Sola fides Christum prehendit retinetq̃; μεσίτω  
Non hominis, sed opus solius illa Dei, Sola



# Epitaphia.

3

Sola fides operum meritis existit inempta

Cœlestis regni iusticiæq; potens.

Iusticiam acceptam gratis, bona facta sequuntur:

Quæ vera est, fructus fert operando, fides.

Nostra Deo, si nata fide, bona facta probantur:

Non sunt, iustitiam quæ capit, apta manus.

Sic docet. Amotus dubitat nec abire, relinquens

Hei desiderium ciuibus acre sui.

Vt contra errorem, quod sit substantia nostra

Peccatum, veluti grex Manichæe doces,

Pugnarit, nihil exilium subiisse recusans,

Luttheri verax Patria testis ades.

Quæ modo defuncti cineres in puluere postos

Extremo decoras gratior officio.

Et quod vesano non es decepta furore

Fabricio acceptum, fas vti, spontè refers.

Impia quàm poterat præcordia stringere Spurci

Taxabat quoties turpia facta gregis ?

Quàm poterat monitu errantes reuocare paterno

Solamen sacris eliciendo libris ?

Quàm poterat paucis complecti plurima verbis,

In docta enarrans Biblia sancta schola ?

Scripturæ textus & res & verba Lutheri,

Oravit quoties, concio tota pluit.

Figmentum propriæ fugit rationis, & illos

Seclatus fausta est conditione duces.

Illius illa viri solius propria laus est,

Quolibet hanc propriam iudice solus habet.

B 3

Est alijs



## Epitaphia.

Est alijs etiam sua laus, sua propria dona,  
Dona Dei nulli non adamanda pio.  
Sed tamen ante alios unus celeberrimus omnes  
Fabricius quo se munere iactet, habet.  
Exosus magno uenales agmine libros,  
Ipse suos iussit delituisse domi.  
Mortalem quæri famam offendiq; piorum  
Pectora, tam varia mole librisq; ratus.  
Plurima cum posset largoq; volumina fructu,  
Pauca, sed ab larga cum breuitate, dedit.  
Sic fuit à quauis alieno pectore fama,  
Quæ nunc extinctum perpete honore uehit.  
Et pius est fidus diuino in munere seruus  
Lucretus Domino plurima corda Deo est.  
Ut doctrina fuit pia, sic pia uita probauit  
Fabricium sancti dogmatis esse typum.  
Ipsaq; mors perimens pridem migrare paratum  
Fabricium, stabilem firmat habere fidem.  
Namq; ut deficerent languenti in corpore vires,  
Fabricius, cupiens tendere ad astra, refert:  
Psal. 130 Si Deus, in seram cesset tua gratia noctem  
Inq; secuturam propitia esse diem  
Te tamen ardebo deuoto pectore solum,  
Nec desperabo de bonitate tua.  
Anxia nec rabidis onerabo pectora curis,  
Cum sis omnipotens, cumq; iuuare uelis.  
Quid trepidem? Israël, genitus de flamine sancto  
Expectat Dominum, quisquis ubiq; pius.

Membra



## Epitaphia.

4

Membra licet gestem diris obnoxia culpis,      22  
Simq; Deo coram sordida massa reus.      22  
Summa tamen bonitas & gratia summa, remittit      22  
Ob Christum misero crimina cuncta, Dei.      22  
Dextra leuare Dei cunctis valet ardua noxis:      22  
Cur maiora Dec nostra pericla putem?      22  
Is meus est pastor, subtrato crimine memet      22  
Auferet e mortis carcere pastor ouem.      22  
Sic ait, & vitam fixus spe finit in ista,      22  
Nec mortem in medio mortis agone videt.  
Christe faue similem mihi rex mutissime mortem:  
Sic in morte mihi vita suavis erit.

## ALIVD.

**P**Atria Chemnicium puerilibus educat annis,  
Leucoris exornat laude magisterij,  
Præficit ornatum castæ Northusia pubi,  
Hinc in pastorem deligit, inde fugat,  
Islebia exilio sacros deposcit ad vsus  
Andream celebri nomine Fabricium.  
Biblia cui nota & diuini scripta Lutheri  
Integra: Nunc habuit non habitura parem.  
Ne dubites tumulum cernens dixisse Viator,  
Hic pietas, probitas, dexteritasq; iacent.      22

Obijt Anno 1577. die 26. Octob.  
circa 5. verspert.

B 4

ADREA



À D V M  
D. HEN CHIV M  
Pastorem

Quod precor ex animo, salve charissime frater,  
Salua Deo tecum sit duce tota domus.

Fabricius perijt fatali lege peremptus:

Dona quot in tali, proh, periëre viro?

Aurea quim petijt nitidi penetralia cœli

Corpore sub gelidæ mole quiescit humi.

Donec ab excelsso iudex rediturus olympo

Excitet è tumulis corpora nostra λόγ,

Esa. 25. Omne ablaturus vinculum, lachrimisq; benignè

47. Tersurus sancti lumina sancta Chori.

Hei mihi, ceruices nostras quot damna grauabunt,

Omne post huius funera plena viri?

Esa, 56. Aufertur iustus. Quis curat? Sanguine Christi

,, Mundus abit. Cauta mente quis hoc reputat?

,, Instans ante malum recti ad loca tuta vocantur,

,, Pax datur his culpa quæ sine vita fuit.

His vt de rebus dilectæ loquamur amice,

Ad me cum primo cras age mane veni.

Ne tibi sit quæso me compellare molestum

Helstam cum certum versus inibis iter.

His pia de rebus mistis mutata querelis,

Fortè viæ tollent tædia, colloquia.

Tollant?



Epitaphia.

5

... bunt tædia. Verum

... gitare. Vale.

... KL. IX. Anno 77.

GEORGIO REGE-

BRANDO COMPATRI

dilecto S. P.

**H**Os tibi, Fabricij celebras qui carmine funus,  
Compater & frater, mitto, dulcissime, uersus.  
Ut uideas nobis quod sit perprompta uoluntas,  
Ni desint uires, meritum laudare Magistrum,  
Tu uerò nobis, quæ desunt, omnia presta,  
Cumq; domo tota saluus scelixq; ualeto.

E P I T A P H I V M.

D. M. ANDREÆ FA-

BRICII, CONCIONATO-

ris Lutheranißimi.

**S**I quis in hoc mundo dignus censebitur æuo,  
Certè Fabricius uiuere dignus erat.  
Vir grauis & celebris scriptis à morte relictis,  
In quibus est pietas conspicienda uiri.  
In terris teneram rexit docuitq; iuuentam,  
Plures in templis uoce sua erudit.  
Permittente Deo peste est abreptus iniqua,  
Dum mandato fungitur officio.

B 5

Nunc



## Epitaphia.

Nunc agit in caelis perlustrans gaudia cuncta,  
De quibus in terris plurima differuit.  
Posteritas grato memorabit pectora dona,  
Directa ad ductum sancte Luthere tuum.

Henricus Leimbachius.

## D. HENRICO LEIM- BACHIO COMPATRI & fratri sincero.

**A** quo uera salus tantum poscenda beandis.  
Leimbachium uera, Christe, salute bea.  
Dignum laude uirum uirtus à morte celebrem  
Efficit, & uiuo semper honore colit.  
Fabricius uir laude fuit dignissimus omni  
Dignus & à sera posteritate cani.  
Hunc Henrice pio laudas quod carmine, dignam  
Laude uiri, & dignam rem pietate facis.  
Ut quo Fabricium affectu uenerere, uideri  
Possit, & a multis hic alibiq; legi,  
Efficiam ut transcripta tuis tua Musa legatur.  
Tunc tua Fabricio nomina iuncta uehet.  
Nunc precor ut valeant tecum castissima costa,  
Vestraq; iucundi pignora cuncta thori.  
Optant hoc mecum teneri suspiria nati,  
Et Coniunx omnis sortis amica Comes.

Georgius Regebrandus.

EPITAPHIA



# Epitaphia.

6

E P I T A P H I V M.

D. M. IACOBI MIL-

VII SVIDNICENSIS AD

D. Nicolaum Diaconi.

**A**H nimis ablatiis matura morte Iacobus.

Miluius, egregia vir pietate grauis,  
Hoc sua deposuit post fatum membra sepulchro

Rursus in extremo viuificanda die.

Qui puer ingenuas didicit non segniter artes

Hic ubi Suidnicium Silesis ora videt.

Inde alios alacri subijt conamine ludos

Ingenij doctas quò cumularet opes.

Islebiu[m] vrbs sancto pridem celebrata Luthero

Tübinga Aonijs nobilitata choris,

Quæq; Euangelio hospitium Witteberga tenebris

Erepto clara prædita luce dabat,

Ihenaq; vt ornarent pietate atq; arte Iacobum.

Certatim studijs incubuerè suis.

Islebiu[m] tandem teneram docuisse iuuentam

Hunc artes pura cum pietate iubet.

Inde ministerij mandato munere fungi

Quo Deus ad sese corda nouata trahit

Quæ sacra Nicoleo petit æthera turribus æde,

Qua pia Fabricius semina voce serit

Officio tali bmos vt præfuit annos,

Hei nimium propero funere mer sus obit.

Dum vixit magna cum dexteritate fideq;

Officij exegit munia cuncta sui.

Peste



## Epitaphia.

*Peste sed infectus, damno tollendus ab omni,*

*Quin mea mors terra corpora condis, ait.*

*Hæreo Christe tuis saluator maxime uerbis,*

*Me solo mundum sanguine credo tuo.*

*In te sum Victor mortis, Sathanaq; Stygisq;*

*Cœlestisq; capax portio leticiæ.*

*Nunc ergo supera uiuens sublimis in arce*

*Quem docuit coram suspicit usq; Deum.*

*Huic similem concede tuo Rex Christe ministrum.*

*Ornatum fida sedulitate gregi.*

*Obijt Anno 1577. Nonis Octob.*

E P I T A P H I V M.

D. M. IOHANNIS

STAMMI PASTORIS

ad S. Annam.

**S**Tammius hic recubat, cuius rectumq; piūq;  
Cura, sed & Zelus cum ratione fuit.

Patria Freiberga est: Witteberga & Lipsia quon-  
Ingenium studijs excoluere sacris. (dant

Islebium hinc largo percepit scœnore fructus,  
Quo polijt pueros Stammius arte rudes.

Et magna, summi mysteria sancta parentis.  
Explicuit sacra doctor in æde, fide.

Hæc, licet exilium instaret præsensq; periculum,  
Abstinet quouis contemnerare modo,

Et constans, & fidus homo, non actus ab omni  
Doctrinæ uento sicut arundo fuit. Oderat



# Epitaphia.

7

Oderat impensè fucos, & totus apertus  
Pectore sincerus nil simulabat homo.  
Hoc consolatus sese est, quod Christus Iesus  
Veraci tales edidit ore sonos:

Si qua fides homini uerum tribuenda loquenti, Ioh. 5.  
Sit mihi certa fides, nil nisi uera loquor.

Sum uerum, dico uerum, mihi fallere lingua  
Nescia, nil simulo, sit mihi certa fides.

Qui bibulas nostris tribuet sermonibus aures  
Indubia seruans percipietq; fide:

Meq; à supremo statuet missum esse parente  
Ut mundo præsim lux, uia, uita, salus:

Non ille æternam mortem, non nigra subibit  
Tartara, non Sathanae iura tremenda fœdit:

Morte sed in media, postq; ultima funera uidet,  
Non erit huic summi Iudicis ira grauis.

Is simul ut moriens terrestres liquerit auras  
Per placidam, in uitam scandet ad astra, necem.

Saluifici expirans tandem inter brachia Christi,  
In Christo uitam, in funere foenus habet.

Hac Dominus mortis factus ratione Stygisq;  
Et Domini supera seruus in arce Dei.

Membra tegit tellus, animam sed dextra Tonantis  
Rursus in extremo consocianda die

Tunc aget æternæ prosperr: gaudia uitæ,  
Viuum conspiciens & sine fine Deum.

Obijt Anno 1575. die 9. April.

·E P I T A P H I A



# Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

D. ANDREÆ CRV-  
SII DIACONI AD  
D. Petrum.

**H**Ac iacet Andreas venerandus Crustus vna  
Doctrina, meritis & pietate senex.  
Ultimus ille fuit diui cui dextra Lutheri  
Demandauit onus grande ministerij.  
Semptem lustra Dei viuacia semina spargens  
Petrima fidus seruus in aede fuit.  
Felle carens, prudens, simplex patiensq; laborum,  
Organon electum precipuumq; Dei.  
Mente fideq; potens, & longo nobilis vsu,  
Sanctam, obitum Constans pertulit ante, crucem,  
Dum Manichæ tuos renuit laudare furores,  
Est quibus explosis redditus officio.

Matth. Ad me Christus ait, mortales currite cuncti,  
11.    >> Præ grauida quorum pectora mole labant,  
          >> Quæ labor & nimium labes immunda fatigant,  
          >> Querite me recta pectora cuncta via.  
          >> Vos ego seruabo solacia dulcia præstans:  
          >> Quos amo non illos interijssè sinam.  
          >> Sed quæ ego portauì iuga vos sentire necesse est,  
          >> Promptaq; non duræ subdere corda cruci.  
          >> Discite quod mitis mansueta mente receptem.  
          >> Qui placidæ cupiunt pacis amore frui.

Sic veniet



# Epitaphia.

8

Sic veniet vobis requies ueraq; salutis  
Copia, sic animas pace beabo pias. (rantur.  
Non iuga nostra nocent, non pondera nostra mo-  
His veluti trutina pectora sancta proba,  
Dixerat, Hoc credo nec ab hac ego uoce recedam,  
Donec ab ex sanguis spiritus ore uolet.  
Ut promissa tui sonuerunt in clyta uerbi  
Dimittas seruum me Deus alme tuum. Luc.  
Ut mihi contingant optatae gaudia uitae  
Sis mihi pacifera mors uiolenta manu.  
Nam mea uiderunt promissum lumina semen  
A quo nostra fides lumine lumen habet.  
Vidi ego saluantem gentilia pectora Christum,  
Qui rata spes populis omnibus unus adest.  
Ille pios hominum coetus, meq; ille tuetur,  
Namq; Israëlis gloria certa manet.  
Dixerat: et placido componens membra sopori  
Absq; fero sentit spicula rigore necis.  
Huic cum militibus tribuentur praemia Christi,  
Infractum ornabunt laurea ferta caput.  
Ut nitidum pulchro splendebit in aethere sydus,  
Nactus ab inuicto talia dona duce.

Obijt Anno 1575. die 18. Iunij.

EPITAPHIA



# Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

D. M. ZACHARIAE

PRAETORII MANSFEL-

densis P. L. Archidiaconi

ad D. Andream.

**L** Aurea cui notus dedit olim ferta Melanthon,  
Prætorum natus sanguine Zacharias,  
Hebrææ, Græcæ, Ausoniæ linguæq; peritus  
Qui fuit, & cunctis artibus eximius,  
Austria quem uidit sacra admirata docentem,  
Et patria Islebium Magne Luthere tua,  
Post lapsum sacro resipiscens flamine rectus,  
Abijciens nugas & Manichæe tuas,  
Mente quidem ætherei susceptus in atria regni  
Corporis hac gelida mole recumbit humo.  
Aduentum donec ~~donec~~ properes mitissime Christe  
Inq; loces Patrias nos tua membra domos.  
Esa. 53. Verè languores nostros nostrosq; dolores  
Pertulit æterni patris imago λόγος  
Sed nos afflictum à Domino meritoq; relictum  
Credidimus stulti cuncta sinistra pati.  
At nostram propter tolerat tot uulnera culpam  
Tot plagas propter crimina nostra subit.  
Ut nobis pax esset in illum poena recumbit,  
Nos salua illius sanguine turba sumus.  
Me uoluit propter tolerare tot horrida, memet  
Irato uoluit conciliare, patri

Sic saepe



# Epitaphia.

9

Sic saepe ingeminat, molliq; sopore solutus  
Intrepido mortis pectore tela, tulit.

Chara superviuens dilecti fata mariti,  
Annum cum reliqua prole pie vxor obit.

Solus adhuc natus superest ad sacra Sebastus  
Ocia, sit sanctus nomine req; precor.

Obijt Anno 1575. die 23. Decemb.

## EPITAPHIUM.

D. LAURENTII COL-

DICII PASTORIS AD S. CA-

tharinam, & Cantoris ad

S. Andream.

QUI obiit VLTIMA DIE Ianuarii.

**G**oldicius dormit placide hac Laurentius Vrna:

Causa flagrans febris funeris agra fuit,

Tempore quo Christi celebrans Ecclesia cunas,

Se summo affectam praedicat esse bono.

Hae ter in vrbe decem templum bene rexerat annos

Cantibus, & doctam non sine laude scholam.

(Nomen vtriq; dedit diuinus Apostolus, alta

Qui biduum pendet dum cruce, sacra docet)

Imbueratq; sacrum coelesti dogmate caetum

Exosus Zelo somnia falsa pio,

Quod Catharina tuo struxit de nomine, templo,

Tunc in defunctos credula turba nimis.

C

Tradidit



## Epitaphia.

**T**radidit agrotus toto se pectore Christo,  
Institit & tales ingeminare preces:  
**N**i tua saluator IESV, blandissime frater,  
Amplius hic cunas & benefacta canam,  
**A**ngelicis illic iungens mea carmina turbis  
Vsq; tuas cunas & benefacta canam.  
**I**dcircò certè patrias tibi linquere sedes  
Mens, & nobiscum viuere velle fuit,  
**P**ost huius nobis fallacia tempora vite  
Vt liceat celsos tecum habitare polos.  
**H**oc animo medicans Coldicius, oreq; fassus  
Munde immunde vale, dixit, in ostra vehar.  
**N**unc faciem ante Dei Asaphiq; Hemanq; Ethaniq;  
**A**Emulus eterna voce sonorus ouat.  
**A**ligeras inter letus psallitq; cateruas:  
Gloria sit soli, lausq; decusq; Deo.  
**E**st mihi tuta quies, est pax, est certa voluntas  
Non mutare vllò gaudia parta modo.  
**C**etera scire cupis? leta pietate celebris  
Clara nequit cæco funere fama premi.

E P I T A P H I V M.

**D. ANDREÆ SALII,**

**DIACONI AD S. PETRVM.**

**O**s sa sub hoc tumulo Salij defuncta quiescunt,  
Roboris huic nomen Vitè virilis erat.  
**L**ongeuam sinerent illi fata inuida vitam,  
Christe foret cætus luxq; decusq; tui.

Sed



## Epitaphia.

10

Sed bimos postquam tibi vix seruiuerat annos  
Qua sacrata Petro surgit ad astra domus,  
Corpore se gelido terra sub puluere condit,  
Mente poli Salius letus ad astra salit.  
Membra reuiuiscunt menti sociata, nec illa  
Est procul, hæc in qua certa futura, dies.  
Hic hæerere suo coniunx assueta marito,  
Gestit eum moriens aurea ad astra sequi.

Obijt Anno 77. vltimo septemb.

### E P I T A P H I V M.

AMPLISSIMI ET CLA  
RISSIMI VIRI D. M. ANTONII  
RUGGERI, generosorum Comitum &  
Dominorum in Mansfelt, Cancellarij.

**A**Ntonio placida Ruggero morte soluto  
Debebat plures Parca seuera dies.  
Is pius atq; bonus, Claria spectabilis arte,  
Excellens meritis, clarus honore fuit.  
Huic niueum pectus, foeda vita inscia labis,  
Pacis amans, expers fraudis, amica bonis.  
Ille seni cuiuis, pueroq; affabilis omni  
Exemplum sanctæ simplicitatis erat.  
Credita Res illi Comitum, Mansfeldica tellus  
Florentes optat quos coluisse duces.  
Iusticia custos hanc ille insignis & equi  
Curauit summa sedulitate, fide.

C 2

Noße



## Epitaphia.

Nosse cupis paucis, fuerit vir qualis? habeto!  
Talis, ut hunc ~~Coras~~ interijſſe gemant,  
Cumq; ſchola mœrens Eccleſia, cumq; Senatus  
Hoc orbata viro ſubdita turba ſicat.  
Eſſe fide ſola iuſtum ſe ſciuit, & illa  
Hæſte vulneribus Chriſte benigne tuis.  
Ergo illi è miſero regna ad cœleſtia mundo  
E media in vitam ianua aperta nece eſt,  
Hoc ſatis eſt. Virtus maiori carmine digna eſt.  
In tanto fulſit quæ pietasq; viro.

### E P I T A P H I V M.

D. GALLI HILDE-

BRANDI, IN AEDÆ, QVÆ

à Spiritu ſancto nomen habet,

Pæſtoris, viri canicie

venerandi.

**G**Allus in hoc Hildbrandus habet ſua membra  
In ſacra Pæſtoris flaminis æde pius. (ſepulchro  
Cui, velut in bruma denſatur nixq; geluq;  
Facta grauis multis ſera ſenectæ malis,  
Syr. 41. Ne timeas rigida ius inſuperabile mortis  
Quisquis ab humano ſanguine natus homo eſt.  
Abſtulit illa tuos maiores, illa minores  
Auferet, hoc Domino ſic ſtatuyente, tuos.  
Quid mortem horreſcis? centum ſi vixeris annos,  
Vel decies centum, mors toleranda tibi eſt,  
Ætatis



# Epitaphia.

11

**A**etatis ratio morti nulla. Abripit omnes  
Cum senibus pueros cum puerisq; senes,  
**S**ed vetut aestivo feruentis tempore solis  
Viuificat rursus cuncta creata Calor :  
**S**ic sol iusticia tristis post secula mundi  
Et Gallo & nobis viuida membra dabit.  
**N**ec sinet aeternae visuros gaudia vitae  
Vlterius damno mœsticiaq; premi.

E P I T A P H I V M.

REVERENDI ET PII

SENIS D. GEORGII WESCHII,

Islebij, ad D. Annam annos 33. Dia-  
coni fidelissimi & vigilantissimi.

**W**eschius insigni pietatis amore Georgus  
Præditus, excellens relligione senex,  
Ille osor vicij, virtutum summus amator,  
Sub grauitate bonus, sub bonitate grauis,  
**D**euicit facili sua fata peremptus agone,  
Iamq; Deum coeli faustus in axe vi. et.  
**I**slebij fidus tres annos atq; triginta  
In sacrata Anne seruijt æde Deo.  
**I**nnumeros sancto baptisni flumine lauit,  
Quos iustum, funus sustulit ante diem,  
**I**nnumeros docuit, præeuntem uoce secutos,  
**S**acra Catechismi dogmata, percipere :

C 3

Cantica



## Epitaphia.

Cantica P salmographi multos diuina Prophetæ  
Multa, quibus fragiles exuperantur opes.  
Tendere in occursum videt hos sibi, & oscula blan  
Figere, iocundis ludereq; alloquijs. ( des  
Innumeros denso peccati pondere pressos  
Muneris absoluit pro ratione sui,  
Et vero Christi cum corpore, cumq; cruore  
Pauit, vt arriperent languida corda fidem,  
Inq; fide aeternam vitam, aeternamq; salutem,  
Et bona mundanis quæ potiora bonis.  
Innumeros conflictantes cum morte feroci,  
Immota in Christum iussit obire fide,  
Iamq; expirantum defectos clausit ocellos,  
Cœlestes animas lætus inire thronos.  
Hos, sibi pro meritis dignas persolvere grates,  
Consortes cœli læticiaq; videt.  
Salue sancte senex, summo qui munere functus  
In cœlo & terra quo celebreris habes.  
Salue sancte senex, cui Christi è morte salutem  
Arripere in rigida mortis agone datum est.  
Salue sancte senex, cœli conscendere sedes  
Cui licuit pura, saluificaq; fide.  
Salue sancte senex, cui iam iuuenescere mira,  
More aquilæ veteris, conditione licet.  
Apoc. 7. Sanguine quod vestem lauisti fidus in Agni  
Vinceret vt cultu candidiore niuem,  
Cum reliquis, numerum quos non comprehendere fas  
Incolis ætherei regna superna throni, ( est,  
Saluatasq;



## Epitaphia.

13

Saluatasq; vides animas, interq; beatas  
Ipse Dei dono ritè beatus agis.  
Inq; Dei plaudis laudes & voce canora  
Psallis inauditis cantica blanda modis.  
Haud vexat te sœua fames, haud tristis egestas  
Amplius, haud fauces siccant auara sitis.  
Haud tibi fermenti nocet æstas vlla calore,  
Horrida te nullo frigore lædit hyems.  
Agnus ab aurata nitidus qui sede resubget  
Gaudentem ad viuæ te loca pascit aquæ.  
Et multis madidos lachrymis abstergit ocellos,  
Proq; dat exiguo dedecore, omne decus.  
Iam, non nota prius, cœlestia gaudia carpis,  
Totus sydereas inter honorus opes.  
Non, mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,  
Gaudia quæ carpis dinumerare queam.  
Non hæc eripiet truculentus gaudia Dæmon,  
Non nuper sorti gens inimica tuæ,  
Somnia, quæ, quod non Manichæa probare volebas,  
Te frustra optabat proijci in exilium.

Obijt 10. Februarij Anno 80.

C 4

E P L



Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

D. V V O L F G A N G I

V I E R E C K E L I S C H O L A E

Neopolitanae ad D. Annam

Gubernatoris.

**D**octe iuuentutis Rector & wolfgange, secutus  
Coniugis & prolis funera, inquis humum  
Iamq; laborifero curarum munere liber  
Ocia tranquillae conditionis agis.

Quiq; Deum teneros docuisti nosse puellos,  
Discipulus gaudes ipsius esse Dei,

A facie ad faciem gnatusq; paterq; sacrumq;  
Flamen vbi, quae nos hic schola nulla, docent.

Obijt Anno 76. die 22. Decemb.

E P I T A P H I V M.

M A T R O N A E P I E N -

T I S S I M A E E T H O N E S T I S S I M A E

A N N A E à D. Iohanne Mencilio ciue Suid-

nicense quondam relictæ viduae, matris

Reuerendiß. D. Superintenden-

tis M. Hieron. Mencilij.

**V**ita quid est hominum multos exacta per an-  
Dimanat rapidè more fluentis aquæ. (nos ?

Quæq; tenebrosa ludunt temeraria nocte

Somnia, quæ fugiunt somno abeunte, refert.

SOMNUS



# Epitaphia.

13

Somnus abit, cum vix constat dormiisse: priusquam  
Viueret nos scimus, uiuere desijmus.

Mane viret, roris conspersum munere, gramen,  
Celsaq; conspicuum tollit ad astra caput.

Exhaustum calido feruentis lumine Solis  
Ad gelidam sero vespere vergit humum.

Succisum mox inde omnem ponitq; vigorem,  
Et nimia languens ariditate perit:

Non secus omnis homo iuuenili tempore floret  
Et vitæ carpit gaudia pauca suæ:

Mox vbi succreuit rebusq; fit aptus agendis  
Hunc varijs torquent cura laborq; modis.

Post dolor & morbi subeunt, & spreta senectus  
Absumuntq; suo quodq; rigore decus.

Deniq; crudelis rapit inclementia lethi,  
Et nos immiti tristis agone necat.

Lustra bis in terris septem, uel lustra bis octo  
Viuius, hæc extra uix super esse datur.

Inq; illis durusq; labor curæq; molestæ  
Præcipuæ laudem prosperitatis habent.

Has experta uices, uiua dignissima fama,  
Anua satis uariè Mencilinæ, fuit.

Quæ non in socio uidit discrimina lecto?  
Quæ non contigua tristia multa uice?

Immensus (quoties Domini benedictio prolem  
Contulit) afflixit membra animumq; dolor.

Qui nutrire labor prolem, quid postulet usus,  
Quem, nisi cui proles chara negata, fugit?

C 5

Quid

Psal. 90.

„

„

„



## Epitaphia.

Quid memorem seruos omni impietate refertos?  
Quid famulas quauis improbitate malas?  
Quid, quas hic possedit opes terrestria dona,  
Vulcanum flammis eripuisse citis?  
Menzelium, dederat dulcis cui gratia nomen,  
Religione pius, conspicuumq; fide,  
Amisit citius iusto, cum prole tenella,  
Et multa, vixit cœlitus aucta, virum.  
Curarum tum se vidit cumulare dolores,  
Quæq; minus sentit grata venire caro.  
Sed sanctæ pietatis amans, castiq; pudoris  
Transegit viduos immaculata dies.  
Propicioq; Deum præsentem numine sensit  
Eius & ex nutu leniter ire crucem.  
Qualis erat Lucæ notissima laudibus Hanna,  
Assiduò cultrix quæ pietatis erat.  
Grande ne fas statuens à sancto cedere templo,  
Sobriaq; effundens nocte dieq; preces:  
Talis erat, seui postquam violentia fati  
Virtute abripuit clarum & honore virum.  
Templa frequentabat, meditandoq; sacra legebat  
In puro purum corpore pectus alens.  
Oderat impensè viduas, lasciuia si quas,  
Fronte placens, sordens sine, iuuabat opus.  
Et siquidem pietas & in hac vita inq; futura  
Accipit, à summo præmia dante patre:  
Ipsa etiam sanctæ pietatis præmia vidit  
Dolere in hac inopi languida vixit humo:

Egregias



# Epitaphia.

14

Egregias gaudens neptes pulchrosq; nepotes  
Inter honoratos uidit habere locum,  
Omne teq; cui fatali Hieronymo nomen  
Indidit illustri uiuere læta loco,  
Dilectum natum studijs te incumbere sacris  
Et celebri toto nomine in orbe uehi.  
Et Mansfeldiaca, Christi qui pascere iussi,  
Dirigere electum, sub ditione greges.  
Theologosq; inter quos nostra hæc suspicit ætas  
Præcipuum meritis esse, grauemq; fide.  
Sed tua fama alio celebrari carmine digna,  
Non mihi nunc hoc est enumeranda loco.  
O quoties tunc cum Manichæo dogmate secta  
Impia, in hoc fureret perniciosa solo,  
O quoties timuit, ne te quoq; falleret, & se  
Applausu ornaret, perdita turba, tuo.  
Sed uotis Augustinum super æthera missis  
Ex simili casu ceu Monica eripuit:  
Sic tua sollicitis mater te sedula uotis  
Optauit salua religione frui:  
Declinare hominum insidias fraudesq; malorum,  
In stygium ducit, quod malè, flumen, iter.  
Quod cupijt, uicto, superantem uidit ouare  
Te, qui spargebat semina falsa, choro.  
Ista suæ tandem pietatis præmia uidit  
Hæc ut adhuc inopi languida uixit humo.  
Nunc planè humanum capit excedentia captum  
Gaudia, inaudite gaudia leticia.

Gestijt



## Epitaphia.

Gestijt ingrato iam pridem cedere mundo  
Et superas ciuis sancta habitare domos.

Vnde animus talis? sacro a flamine: talis  
Terrena non est opus carnis opus.

Ergo peti sua cum praesenti corpora letho  
Sensit, ouans anima, spesq; fideq; fuit.

**Iob. 3.** Tam Deus ardenti mundum complexus amore est  
Anteaquam uasti machina facta soli,

„ Ut daret huic dira perimendum de cruce gnatum,

„ Nam nec ei maius, quod dare posset, erat.

„ Hoc est immensum nobis testatus amorem,

„ Talis eum nostrae cura salutis agit.

„ Sic dedit hunc etenim, ut qui corde fideq; recum-

„ Innixi meritis, Christe benigne, tuis, (bunt

„ Non pereant ut in inferno mala turba peribit

„ Quae renuit toto fidere corde Deo.

„ Aurea caelestis capiant sed gaudia uitae,

„ Et bona non ullis post temeranda malis.

Haec mihi promeruit misera κερήλια Christus

Huius ego ex obitu uiua superstes ero.

Is me resituet gelidae de puluere terrae,

Qua mutare potest condita cuncta, manu.

Quid necis mors tarda moras? quod rumpere cessas,

Quod cupio, uitae licia trita meae?

**Phil. 1.** Mors lucrum mihi dulce ueni, Christus mihi uita

„ Dissolui & Christo iungier usq; placet. (est

Hec & multa alia ingeminat noctesq; diesq;

Donec ab exsanguis spiritus ore uolat.

Nunc



# Epitaphia.

15

Nunc sperata diu coelestia iubila coram  
Aethereis auget nobilitata bonis.  
Iusticiaq; videt manifesto in lumine, solem  
Lustrantem radijs cuncta creata suis.

Obijt Suidnicij Silesiorum die 7. Maij Anno 79.

AD REVERENDISSI-  
MVM ET CELEBERRIMVM IN  
clyti Comitatus Mansfeldici Superintendentem D.  
M. HIERONYMVM MENCELI-  
VM, Compatrem & Patronum officiosè colen-  
dum, lugentem dulcissimæ suæ Coniugis  
ANNÆ, matronæ honestissi-  
mæ insperatum ex hac  
vita discessum.

Nunc iterum vacuas imples singultibus auras  
Et vidui sentis tristia damna thori,  
Menceli dilecte Deo, Mansfeldica cuius  
Officio gaudet præsulis ora frui.  
Anna tui consors longè suauissima lecti  
Dum cadit immuti casta perempta nece:  
Teq; sibi charum linquit sublata maritum  
Ingenuis largè condecorata bonis.  
Assucta à teneris solita pietatis amorem  
Ambibit, in merito Christe beata tuo.  
Audiit illa Dei deuota mente ministros,  
Fudit & assiduas supplice voce preces,  
Adq; tuos sese componere sedula nutus,  
Et dare pauperibus munera prompta fuit.



## Epitaphia.

Fœmineumq; genus, fastum aersata superbum,  
Quæ decorant, cunctis dotibus aucta fuit.  
Digna fuit uitam longos extendere in annos,  
Teq; pium placito more fouere senem.  
Cui prius uxorem strauerunt horrida Parca  
Numina, uix ulli parcere sueta bono.  
Quæ modò fausta malis seruant sua numina Parca,  
Teq; secunda orbem coniuge conficiunt.  
Quàm cupis (æterno nisi mens diuersa parenti)  
Illius in terra decubuisse loco:  
Illa tuos oculos optas clausisset, & intra  
Illius amplexus ultima fata pati.  
Hinc centum gemitus, mille hinc suspiria uoluis,  
Et rigidis lachrimis lumina plena geris.  
Rarius hinc solito fragiles sopor irrigat artus,  
Frigida cum cœca tempora noctis eunt.  
Parce sed immodicis oneres ut pectora curis:  
Parce nimis mœstus tetrica fata queri,  
Parce pius nimio uires absumere luctu,  
Parce tibi subitam conciliare necem:  
Ne miseranda tuo deserta Ecclesia casu  
Horribili fiat præda petita lupo.  
Quod Domino uisum est, tolerare memento decem  
Cuius ab arbitrio subdita fata cadunt. (ter,  
Ille suo firma in uerbo solatia præbet  
Illa, docens alios, sit tua cura sequi.  
Sic certa afflicto ueniet patientia cordi:  
Sic forti uincet spes animata fide.

Proh



## Epitaphia.

16

Proh dolor hoc meruit primæ transgressio matris,

Quod mortis cunctis est obeunda dies.

Omnibus hæc peperit fletus : non solus es istam

Qui pateris sæuam, vir Reuerende vicem.

Nec tamen absq; Dei permissu perdidit ullum

Mors, necis & vite ius habet omne Deus.

Quos amat ille, crucem pater illis duplicat, eius

Filius impositum fer patienter onus.

Quo grauior crux est quæ te truculenta fatigat,

Hoc in te maior gratia amorq; Dei est.

Instat & illa dies, qua prosiliemus apertis

E tumulis, qui nunc vermibus esca damur.

Tuncq; perennis amor coniunget teq; tuamq;

Quæq; prior thalami portio grata fuit.

Tunc misti angelicæ (proh gaudia quanta) cohorti

Prometis summo iubila leta patri :

Alloquioq; Dei dabitur vultuq; sereno,

Semper & incolumi prosperitate frui.

Hæc se solata est tua dilectissima coniunx

Tunc gelidæ præsens mortis vt hora, prece :

Diligo te toto reuerenter pectore Christe

Et precor à misera ne procul esse velis.

Gratia ne tua me bonitasq; parterna relinquat :

Solamen nusquam te sine dulce mihi.

Non mihi solamen mundi fugitiua creabunt

Gaudia, non vasti machina celsa poli.

Hæc ego curo nihil, dum te datur auspice, firmæ

Auxilio fidei præsidioq; frui.

Psal. 7;

Nostra



## Epitaphia.

Nostra licet duro crucientur corpora morbo,  
Tu tamen in medijs spes mihi certa malis  
Tu mea sola salus pectus solaris, & vnus,  
Vt tolcrem & superem cuncta molesta, fact.  
Christe redemisti fuso me sanguine iesu,  
Dum luis officio crimina nostra tuo,  
O Deus, ô Domine immenso me numine seruans.  
Non in delictis opprobrium esse sinas.  
Tu mihi gratuito tribuisti singula dono,  
Hanc animam, has fragilis corporis exuias.  
Et terrenorum hoc ego quicquid in orbe bonorum  
Possedi, in paucos certa alimenta, dies.  
Tu quoq; diuini mihi flaminis arte dedisti  
His vti recta cum ratione bonis.  
Tu tibi me propriam preciosa morte parasti  
Et tua iussisti cælica verba sequi.  
Quod declinaui sanctæ mala dogmata prudentis:  
Quod fugi stygij vimq; dolosq; Lupi,  
Impia quod timui committere facta: fidesq;  
Et vitæ probitas: munus id omne tuum est.  
Nunc quia languentem me crux inuisit amara  
Me rege tu solita pro bonitate tuam.  
Ne nimia peream variorum mole dolorum  
Dextra suppetias auxiliante feres.  
Tu mihi speratæ postrema mortis in hora  
Firmabis mentem per tua verba meam.  
Fac age, fac vitæ post fata peracta caduce,  
Cum mihi ab exsanguis spiritus ore volat,

Hunc



Hunc vltro angelica te precipiente cohortes  
 In caeli portent usq; Abrahæq; sinum.  
 Corpus at effossa gelidum tumuletur arena,  
 Omnibus ereptum cladibus, atq; malis.  
 Cœrulea donec iudex in nube reuersus  
 E putri reuoces mortua membra solo.  
 Tunc ego te a facie faelix & fausta videbo  
 His oculis, folium nobilis ante tuum.  
 Christe Dei fili, saluator, propiciator,  
 Has age clementi suscipe mente preces:  
 Sic tua perpetua celebrauero nomina laude  
 Extirerisq; meo semper in ore Deus.  
 Hoc ego certa velut certo fore certius opto,  
 Sic mea continuum lingua sonabit, Amen.  
 Quod meus euicta viuas mihi morte Redemptor Iob. 19.  
 Hoc ego nixa fide non dubitante scio. y 25  
 Tu mea de gelido reuocabis membra sepulchro.  
 Ossa mea hac cinges carne mea atq; cute.  
 Hac rediuiua ego te præsens in carne videbo,  
 Hic aterna mihi gaudia visus erit.  
 His oculis ego te, tibi non ignota, tuebor,  
 Perpetuae consors viuuda leticie.  
 Sic se consolata malis graue finijt æuum:  
 Nunc mala vbi non sunt vlla superstes agit.

D

Epita-



Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

ANNÆ D. M. HIERO-  
NYMI MENZELII SVPER-  
intendentis, Coniugis.

**A** Nna senis sancti Mencilij præsulis vxor,  
Aucta verecunda dote pudicitie,  
Libera peccatis & pœna libera ab omni,  
Et Sathana &, victrix ardua mortis, obit.  
Terra capit corpus, cœlestes Spiritus arces,  
Vita vbi & in vita gaudia vera vigent.  
Gaudia sunt cunctis Christo hæc moriente parata  
Immota cunctis arripienda fide.  
Iam iam quæ struxit patiendo habitacula Christus,  
Seruitio immunis Menciliana colit.  
Perpetuasq; agit at serias offertq; supremo  
Guttura diuina laude referta Patri,  
Libera quòd cœco inferni mundi; furore  
Aurea tranquilla secula pace videt,  
Et dulci Ambrosiam cum Nectare, & omne quod  
Numinis ætherici munere diues habet. Copiat

Obijt Anno 1577. Idibus Octo-  
bris, quibus in veteri testamento in-  
choabatur diuino mandato festum ta-  
bernaculorum: quod fuit typus fu-  
tura æternæ vitæ.

Epita-



E P I T A P H I V M.  
 VRSVLÆ D. M. CON-  
 RADI PORTAE Coniugis.

**V**Rsula Conradi coniunx Humilsbaria Portæ  
 Vix triduum partu libera, morte perit.

Partu, quem sexto sœcunda puerpera sensit,  
 Corpore pro toto debilitata, perit.

Februa bis septem cum Luna parauerat ortus:  
 Hic quæ conueniens nomen & omen habet.

Sarmatiæ dederat præclara huic stemmata regnum,  
 Rostochium celebrem religione virum.

Osterouiga domum: meliorem islebia uiua,  
 Hæc eadem extinctæ condita membra tegit.

Vt bonitate tua fruam, ô Deus, aurea cœli  
 Vt tua perpetuo tempore templa colam,

Hanc animam, mihi mihi quam bonitate dedisti, Psal. 31.

Nunc recipe: illustri me bea amore Pater.

Te totas misera expecto noctesq; diesq;:

Momentum est quo me tu sinis affra pati.

Perpetuò miserere mei tandemq; meumq;

Ex putri reudca corpus & ossa solo.

Hoc peto per Christum, qui meq; omnesq; uocauit,

Huius ego spero sanguine munda polum.

Æternum nobis in quo τολιτδραπα paratum est, Phil. 3.

Optantem è mandî carcere tolle Deus.

Sic moribunda Deum vocat, & sua lumina ridens

Ocludit, mundum spernere seq; docet.



## Epitaphia.

Atq; ita saluata est partus afflicta labore,  
Iustificam tenuit quod sine labe fidem.  
Nondum finierat sextum pia foemina lustrum,  
Cum subit hunc mundum linguere iussa polum.  
Vina Deum coluit pietate, fideq; maritum:  
At nunc aëria laudat in arce Deum.

Obijt Anno 75. die 14. Febru.

E P I T A P H I V M.  
M A T T H Æ I F I L I O L I  
D. M. C O N R A D I P O R T A E  
Infans ad Matrem.

**N**on te victuram video dulcissima mater  
Amplius: An mollis te sine vita mihi?  
Quin quas Baptismi Deus almo in fonte spondit  
Has anima e propera morte subibo domos.  
Teq; secuturam cupidis complectar in vlnis,  
Nec tibi difficilis sarcina, Mater, ero.  
Hoc reputans tenero Matthæus pectore Porta,  
Hora, qua natus vix erat, astra petit

Natus partu difficilimo 11. Februarij  
paulo post horam decimam noctis,  
vix vna borula superstes fuit, Anno  
1575.

Epita-



# Epitaphia.

19

E P I T A P H I V M.

ANNÆ D. M. CONRA-

DI PORTAE PASTORIS AD

D. Petrum, filiola.

**H**ic iacet octennis Conradi filia Portæ  
Annula spes tristi tempore magna patris.

Semina cum primo pietatis sedula lacte

Imbibit, è gremio dogmata lata Dei,

Visa mihi vixdum distinctas reddere voces

Inq; his aeterni verba sonare patris.

Grandæuos olim Doctores Papa Creasti,

Iussistiq; greges ducere ad astra Dei,

Tam teneræ nullo conferri iure puellæ

Quæ pietate, fide, recti & amore, queat

Innumera hæc tenuit scripturæ dicta sacrata,

Isaidæ nouit plurima metra chelys.

Auxerit hoc quali studium cum scenore tempus

Desuper augmentum sufficiente Deo,

Quis dubitet? Cùm mors igitur tum lurida pestis

Infirma impeterent membra furore truci,

Hic nihil efficitis constanti peStore satur:

Vita mihi Christus, mors mihi grande lucrum. Phil. 1.

Nam mea de putri tandem rediuiua sepulchro Iob, 19.

Membra, manus, oculos, ossa redire scio.

Viuifica meus hæc quia si ngula voce Redemptor

Vult patris vultus ante locare sui.

Obijt 20. Nouemb. Anno 77.

D 3

E P I T A =



Epitaphia.

EPITAPHIUM.  
CATHARINÆ D. M.  
PORTAE FILIO LAB.

**T**V quoq; sydereas a diens Catharinula sedes  
Sub primo aetatis flore locata solo es.  
Moribus, ingenio, lingua, cultuq; pudico  
Æmula iucundæ sancta sororis eras.  
Parq; tibi seruator pietatis amorq; parentis,  
Cui varie affecto dulce levamen eras.  
Nunc utramq; suam Deus ipse vocavit in aulam  
Nunc par è facie fulgor utriq; Dei.

Obijt 12. Nouembris Anno 1577.

ΕΤΕΟΣΤΙΧΟΝ.

AnnVL a CVnra DI Portæ & CatharinVL a gna  
SyDereos sVbeVnt, peCtora sanCta, poL os (ta

ALLVSIO AD NOMI-  
NA DEFVNCTARVM.

**E**st miser hic mundus, damnis discrimina mutat  
Et scatet impuris vndiq; criminibus:  
Anna sed haud misera est Portæ, sed gratia abun-  
Nec soror impuri quid Catharina timet. (dans,  
Harum ne possent inferni euertere Portæ,  
Aut scelerum in mundo peruia Porta, fidem,  
Has, citò se reserans, excepit cœlica Porta,  
Recludens puris plena theatra bonis.

In cœli



In caeli portam Conradi dulcia Porta,  
 Pignora, per mortem transtulit alma fides.  
 Quid lacrimis opus est igitur? quid pectore tri-  
 In caelo rident omnia: triste nihil. (sic??)

## DEFUNCTÆ FILIÆ

AD PARENTEM.

**N**Ostra, Pater, nimio ne luge funera planctu:  
 Accusare pater fata seuera caue.

Vita foret nobis, teneris mors atra nec annis

Nos molli extimētas oculuiisset humo,

Certa fuisset tibi gaudia, certa voluptas,

Certa senectutis fulcra decusq; tuæ:

Sic animas pietas sic mores casta regebat

Digna graui virtus laude pudicitiae.

Sed tibi qui dederat nosmet Deus, abstulit idem:

Is solus uitæ iura necisq; tenet.

Ne, si quidem in peius vertuntur singula, scœdum

Pectora pollueret crimine nostra malum:

Neuē secuturæ post tetrica crimina poenæ

Nos etiam impeterent conditione truci:

Nos Deus hinc patria rapuit bonitate misertus,

Et superæ ciues legit habere domus.

Hic, nobis sacri donata in fonte lauacri,

Viuius æterno tempore, iusticia.

Carpimus hic homini non cognita gaudia, nondum

Qui posuit fragilis corporis exuuias.



Epitaphia.  
PARENS AD DEFVN-  
CTAS FILIAS.

**M**ors potior vita est, suaves, mea viscera, nata  
Hanc tali vitam turbine damna grauant.

De vera tales sunt religione tumultus,  
Has pia Mens reputans ut stupefacta gemat.  
Vndiq; bella crepant armorumq; ingruit horror,  
Est homini Sathanas impius omnis homo.

Hic quia uos uideo surreptas esse periculis,  
Cur animo moeror, lumine flumen eat?  
Vt imini fato meliori, cernite fausta  
Fronte serenata conspiciui ora Dei.

Gutturaq; illius iucunda resoluite laudi,  
Psallite gratisono carmine dulce melos.  
Quale olim Christo cecinit nascente, beato  
Pastorum, cœli flammea turba, gregi.  
Angelicos inter benedictæ uiuite coctus,  
Mutantes æuo secula longa breui.

**Esa. 35.** Quippe suo Christus quotcunq; redemit agone  
,, Corda, beatifica iustificata fide,  
,, Et gelida tandem telluris mole resurgent,  
,, Sydereum ut capiant glorificata decus.  
,, Lataq; cœlestis Solymæ, celsæq; Syonis  
,, Intrabunt cultu splendida regna nouo.  
,, Intrabunt nitidi Pomposa palatia Olympi  
,, Quæ reserat nobis filius ipse Dei.  
,, Gaudia tunc peragent æternum æterna beati,  
,, Corporaq; immensa luce decora gerent.

Tunc



## Epitaphia.

21

Tunc hilares tantum plausus risusq; uidebunt     ,,  
 Cingentur nitidum flore uirente caput.     ,,  
 Tunc procul omnis erit languor gemitusq; dolorq;     ,,  
 Quicquid & hic carnem triste fatigat onus.     ,,  
 Non pacem Mauors, non terror gaudia soluet,     ,,  
 Nulla uoluptates vis odiumq; pias.     ,,  
 Est prope summa dies: tunc tunc communia carpan  
 Gaudia diuinas nobilis inter opes.  
 Leniat interea mala quæ diuersa timemus     ,,  
 Qui numerat sortes distribuitq; Deus.     ,,

AD VENERANDA  
 DIGNITATE, PIETATE, DO-  
 ctina, & singulari humanitate præstantem ui-  
 rum D. M. CONRADVM POR-  
 TAM Compatrem & amicum  
 charissimum.

**D**esine lugubri suspiria ducere corde  
 Et rapido madidas ungue notare genas,  
 Porta ministerij pars non in gloria nostri,  
 Cui fidum pectus candor apertus agit.  
 Quæ tibi spem docili pepererunt indole summam,  
 Ultra annos polijt quas pietatis amor,  
 Filiolas, Christus regnum in coeleste, recepit,  
 Ante ipsum ut carpant gaudia plena Deum.  
 Nunc ibi supremi laudesq; decusq; parentis,  
 Pneumate mota sacro lingua utriusq; canit.  
 Christus ibi nobis æterna habitacula parauit:     ,,  
 Mundanus paruo tempore transt hono.     ,,



## Epitaphia.

Fortè manent rigido nos bella cruenta tumultu,  
Interitusq; sacrae religionis adest.  
Impietas omnis sic crescit, sanctum et honestum  
Deficit, et tantum regnat in orbe peccatus.  
His ergo crepta funestis et idibus amba,  
Qua gliscunt nullo tempore damna, sedent.  
Nec iam, delictis et foeda crimine uitae,  
Accepta, excutiunt, regna beata, fide.  
Fœlices quoscunq; Deus puerilibus annis  
E prauo in regnum sustulit orbe suum.  
Nil habet hic etenim præter tristissima mundus,  
Et dubio nescet nulle pericla bono.  
Nulla sed in caelo clades. Depone dolorem  
Filiolæ in caelo sunt quia, Porta, tuæ:  
Suadet amor lacrimas, caelestia gaudia suadent  
Leticiam, tua quæ pignora tota beant.  
Exiguo tecum uixerunt tempore, uiuent  
innocuae, ante Deum, tempora perpetua.  
Ut citò diuino fruerentur lumine coram,  
His usura breuis luminis huius erat.

### EPITAPHIUM.

DOROTHEÆ SECVN-  
DAE, FILIOLAE REVERENDI  
D. M. CONRADI PORTAE,  
emigrantis ex hac vita die, à na-  
tali, secundo.

Eccl. 7. **I**lla dies melior, quæ nos hoc exigit æuo,  
Quam quæ nascentes excipit illa dies.



# Epitaphia.

22

Nascentes, quoniam sors hic manet aspera, cœli  
· uauiter exemptos nutia fâta iuuant.

Aspera ne uideat Conradi filia Porta,  
Quam rursum Coniunx altera sœta parit,  
Ex ipso grauius cœpit languescere partu,  
Postq; duos obiit morte perempta dies.

Heu nimium propere vitalibus exiit annis  
Dorothea, heu primo languida manè Rosa.  
Pœu quam turba sumus præsens nescia lethi?  
Nos citius dicto mors inopina necat.

Quis meritò Conrade vetet te plangere, Porta?  
Qui Claria præstans nomen ab arte geris.  
Sic in te affatim diuersa pericla redundant,  
Sic vnum ex alio te petit usq; malum.

Non Adamantæo præclusum robore pectus,  
Tum nec ab Armenia Tygride corpus habes,  
Quò minus indoleas fatales omine Parce,  
Dum tibi spem generis præripuere tui.

Sed mala tu contra tam multa animosior ito,  
Spemq; isthac firma conditione tuam.

Quos amat hos citius misero Deus euocat orbe,  
Inq; locat regni lata theatra sui.

Et meliore ornat, quam vita hic optima, uita,  
Seq; hilari cerni fronte animoq; sinit.

Dorothea hunc coràm tua spes optata tuetur,  
Angelicos inter deliciosa Choros.

Si donum fuit illa Dei, quid tristis es, ipse  
Quod Dominus propriam poscit habere suam?

Quam



## Epitaphia.

Quam pater is, multò, quam tu, clementior extat?  
Quam magis hunc apud est prospera gnata tua?  
Qui dedit hanc, socij dare pignora plura cubilis,  
Et longaeva, (potest namq;) rogato, uolet.  
Nonne quet abstulerat, totidem quoq; re idit Hiobo  
Pignora, cui uelle est posseq; semper idem  
Ergò piè tolerans, patientis imagine Hiobi,  
Quod Deus immittit de super, omne feras.  
,, Omnibus Eua necem mortalibus, omnibus æuum  
,, Perpetuum, proles contulit una Dei,  
,, In Christo fidens huius qui tempora uitæ  
,, Claudis, is æternæ iura salutis habet.  
,, Huic, ubi signa dabit supremi buccina Regis,  
,, Fas fuerit, faciem sistier ante Dei,  
1. Cor. 2. Et quæ non oculus uidit, non audiit auris  
,, Percipere immense gaudia leticiæ.  
,, Sed tua sacrati baptismatos indita fonti,  
,, Filia constanti purificata fide est.  
Et Christum, æterni quem flaminis induit aura,  
Non ulla abiecit commaculata lue.  
Ergo suam in Christo uitam quia finiit, illo  
Incolet æthereos deniq; dante thronos. (pus,  
Iamq; anima hos habitat: reuocatum è puluere cor  
Templum animæ seculo perpete rursus erit.

Nata 11. obiit 13. Iunii Anno 1569.

Epita-



Epitaphia.

23

EPITAPHIVM.

DOROTHEÆ D. M.

BALTHASARIS BECKMANNI .

Brunsvigensis, Scholæ Islebienfis ad D.

Andream Prorektoris, coniugis.

**L**egitimo nondum socialis fœdere lecti  
Vsa annum, sæua peste furente cadit  
Dorothea, insigni coniunx adamat a marito  
Quem nil, quod tractat Philosophia, latet:  
Quem medici flores, aptè ratioq; medendi  
Acceptum cunctis efficit esse bonis:  
Balthasari qui Beckmanni cognomine gaudens  
Vt Brunsviga tuum sit decus usq; studet.  
Quàm pietatis erat castiq; pudoris amatrix:  
Egregij cultrix quàm studiosa uiri?  
Quàm moribunda Deum deuoto corde uocabat?  
Hac testata suam spemq; fidemq; prece:  
Nil mihi nil deerit, meus est quia Pastor, ab alto Psal. 23.  
Qui regit omnipotens, cuncta creata, polo.  
Is mea diuini præcordia gramine uerbi  
Saluifica pascit flumina propter aquæ.  
Ille animæ reficit uires, & corporis agri  
Languores aura uiuificante leuat.  
Ille meos Pastor gressus passusq; gubernat  
Illius ut grata nomina uoce canam.  
Esto sub obscuræ tenebrosa silentia noctis  
Cogar in horrenda carpere ualle uiam:

Esto



## Epitaphia.

Esio mihi rigidae nimitentur spicula mortis  
Nigraq; abhorrendis tartara plena malis.  
Non tamen horrescam, pauido non corde timebo.  
Quæ denso irrun punt agmine, mille mela.  
Tu quoniam mecum Pasi or Deus, arbiter au,  
Et me mirifica conditione regis.  
Solatur pedumq; tuum & tua virga migrantem,  
Nec cadere ir fausta me ratione sinunt.  
Tu mihi tu mensam, medi; run pantur ut hostes  
Inq; ruant cæci tristia fata, paras.  
Læticiaq; oleo caput ungis, poclaq; musces,  
Cor miserum vires hauriat, vnde suas.  
Me tua me bonitas & cura paterna scuebunt  
Donec in hoc viuus corpore seruor erit.  
Te presente alii sub lata sub atria cæli,  
Vitima cum vitam finiet hora meam,  
Te coram aspiciam & fortunatissima regna,  
Mox infinito tempore leta colam.  
Coniuge priuatus dilecta, coniuge fida  
Orbatus cessa Balthasar ingemere.  
Iam tibi debebat suauissima fœmina prolem  
Legitimi pignus blandiciasq; thori.  
Sed misera ante diem perijt: miseramne putarim.  
Quæ misero ad latos cessit ab orbe polos.  
Fas ibi presentem Christum Christi; Parentem  
Cernere, & hos inter flamen, vtrumq; ligans  
Fas ibi flam migeras blandis inter ludere turbas  
Et, quos sacraasti Christie cruore, greges.  
Tempestas



## Epitaphia.

24

Tempestas ibi nulla nocet, procul inde recedunt

Imminutes curæ, migrat & omne malum.

Illic grata quies, atq; aurea regna resurgunt:

Nec restat lachrymis tristitiæq; locus.

Non Styx, non Dæmon, non Mors, non parca non

Amplius. Hic plausus, iubila, leticia. (cebit

Dilexit celeri Deus ad se funere raptam,

Hunc apud est longè iam meliore loco.

Ergo modum lachrymis doctissime pone Magister,

Præmissa in nitido te manet illa polo.

Obijt KL. VIII. Anno 76.

E P I T A P H I V M.

IOHANNIS FILIOLI

D. VVOLFANGI HEXAMI,

Ad D. Catharinam Pastoris & ad D.

Andream Cantoris, Musici opt.

VVolfgangi Hexamij Iohannes filius ista

Exiguo premitur corpore, tectus humo.

Cum pater ægroti despectos conspicit artus,

Dans vultu interni signa doloris, ait:

Chare mihi multos fili post nate precatus,

E gremio quò te, quò iuuat ire meo?

Pura tibi primo Pietas arridet ab auro

Adq; Dei faciem nobile pandit iter.

Sic teneras plicuisse manus, sic voluere linguam,

Sic suescis rebus deditus esse bonis.

Ecquid ad hunc tendis summo delapsus olympo

Qui puer e casta Virgine membra gerit?



## Epitaphia.

Qui pueros ad se uocat, in gremioq; reponit  
Ut uideant faustos continuentq; dies?  
Tendis ad hunc: animam exhalans & lumina clausa  
Eheu, in terris lux tibi summa fuit. (dens &  
Blande puer, puero tibi sunt commercia cœli  
Et bona cœlestis suppeditata throni.  
Iamq; Deo, Soboliq; Dei cum flamine sancto  
Pro tanto coram munere gratus egis.  
Inter & amplexus puerorum ludis amicos,  
Psallis inauditis cantica mira modis.  
Angelicos foelix es coetus inter, & inter  
Agminis Angelici gaudia carmen amas.  
Iustificumq; Deum incessanti laude celebrans  
Humanis gaudes altior ire sonis.  
Non ego, qui possum mortales flectere cantu,  
Hic potui cantu te retinere meo.  
Quum uelut Isaias Cytharam deponit eburnam  
Strataq; declinat languida membra solo:  
Filioli tunc cum lethali tabida morbo,  
Iamq; neci tantum membra propinqua uidet:  
Non ita me Musæ, non pleetra modiq; iuuabant,  
Cum uicinus eras paruule nate neci:  
Sed tua Nestarcus liquor irrigat ora, tibiq;  
Sumere de mensa fercula dulce Dei cœli. (gunt  
Et tua (quæ quondam quoq; patris) tempora cum  
Serta, suum nunquam non habitura decus.  
Ergo, quid est, luctum merito quod sæpè mouere,  
Et toties guttas elicuisse, queat?

Vixisses



Vixisses (deessent nisi lueses sex quater illis)

Hoc annos fragili paruus in orbe duos.

Quæ nulli fasius complecti fas sit, Olympi

In domibus viues secula. Nate vale.

Nate vale, & nullo cruciandus tormine viue:

Mox tua in aetherea membra videbo domo.

Septembris quæ ot es LVX est VnDena: quid ob

Ne memorem cogat funeris esse tui? (Stat

Obijt 11. Septemb. Anno 1577. natus annos

duos minus 3. Hebd. 3. Diebus.

## E P I T A P H I V M.

CATHARINÆ FILIO-

LAE D. V V O L F G. H E X A M I I.

Occidit Hexamij Catharinula filia, luget

Tristis in hac tristi conditione Pater.

Ne verò nimium mœsto & wolfgange dolori

Indulge, decet hic mœsticiae esse modum.

Hic semestre tibi tantum quæ credita, dulcis

Obtulit innumeras filiz blanditias,

Ante Dei faciem iam deliciatur, & huius

Despigit ex alto gaudia mœsta soli.

Quod cupis omne tenet: gemmas nil curat & aurum

Ipsa habitata Deo conspicit ipsa Deum.

Huic canit, huic ludit, Pater huic, ait, auree, ad

Blandula complacitum q, facit omne facit (huius

Huic tibi concessam rursum, memor esto, dedisti

Quando bestifico fonte renata fuit.

E

Que



## Epitaphia.

Quæ fuit ergo sua, hanc Deus ad se morte reposcit,  
Huic soli in natam ius fuit omne tuam.

Sed tibi reddetur rutilanti plena decore  
illustri illustris consficienda Patri

Quando tuba Christus de terra nostra iubebit  
Corpora cœlestes scandere viua thronos.

Cum vixisset semestre obiit 20.

Martij Dominica iudica.

E P I T A P H I V M.

L A V R E N T I I F I L I O -

L I D. A N D R E A E C O L D I C I I,

Schola ad D. Andream Collegæ.

**V**T tibi nomen aui, simulis sic forma parenti,  
Laurenti, proles Coldiciana fuit.

Magna patris spes natus eras, spes illa caduca,  
Sedecima occumbis vitæ ubi luce, fuit.

Altera pars pueri iacet hoc tumultata cubili,  
Altera cœlesti vivit ouatq; throno.

Extremi donec tempus fatale diei  
Soluendas nullo iungat utramq; modo.

• Pulchra mori infantem res est, sed pulchrior illa  
In Christo infantem fata suprema pati.

• Illa dat humanis liberrima colla periculis,  
Hæc facit æternis corda repleta bonis.

Hoc pater Andreas sese solamine fulcit,  
Inq; virum fortem se probat esse cruce.

Obijt die 2. April. Anno 70.

N A R R A



## NARRATIO DE MOR

BIS ET OBITU ANDREAE, PRI

mum, filij viri ornatissimi D. SEBASTIAE

NI HEMPELII Inchytorum &amp; gen

nerosorum Comitum &amp; Domino

rum in MANSFELT,

Quaestoris.

**T**er quingenti ierant anni, tum septuaginta,  
Ex quo de pura virgine Christus homo est.

Vir pietatis amans, praestans virtute Sebastus

Hempelius, celebris Consilio atq; fide,

Quod Domini iussere sui, Mansfeldica paret

Terra quibus, Prage moenia promptus adit.

Et mandata sibi non parua negocia tractat

Officij fidus pro ratione sui.

Interea Andreas bis sexta gnatus Aprilis

Incipit infirmus tabida membra queri,

Et magis atq; magis cruciari corpore morbo

Sperare in misero fata suprema solo.

Ab quoties mater, quoties moestissima mater

Implevit querulis tristia lecta sonis?

Quam timido concussa metu, quam percita curis

Extremum proli credidit ire diem?

Qualis in ignota peregrina vagatur Erema

Hagar, & ex nati languida febre dolet,

Huncq; siti tostum arenti (Lagenula nullas,

Amplius vt bibereut suppeditabat aquas.)

Anno  
70. Pa  
res Pra  
ga prof  
ficiscit  
tur.

Andreas pri  
mus fil  
lius in  
cipit a  
grotare  
12. April  
lis.

Gen. 24



## Epitaphia.

Arbore sub viridi gelida declinat in umbra  
Hic aliqua fors an si releuetur ope :  
Ipsaq; spectatrix non sustinet esse, tenello  
Eueniat vita cui fugiente mori :  
Sed paulò abscedens iustitia versat, & vsq;  
Fedatas lachrimis sauciat ungue genas :  
Non secus HEMPELII coniunx castissima, natè  
E Morbo curis attenuata sui est.  
Tollere vina sitim poterant, data vina recusat  
Filius : vnda placet, pota nec vnda sapit.  
Non dapibus fungi gratum : noctem dare somno,  
Euigilare, diem cernere triste fuit.  
Sapè quis audiuit matrem plorare latentem  
Angulus, & palmis pectora concutere.  
Et lachrimas iuxta fusis incumbere votis,  
Filiolum sanet pro bonitate Deus,  
Mensis erat, qui Mercurij de matre vocatur,  
Maius, & illius tredecima orta dies,  
Confectis rebus Boiemis rursus ab oris  
In sua descendit limina mœsta Pater.  
Deq; suæ certus sobolis fit sorte, moraq;  
Mox sine, cum guttis tristia verba facit.  
Adq; sui properans corpus miserabile nati,  
Qua datur, hunc animo commonet esse bono.  
Posse Deum subito rigido nos tradere letho,  
Vim subito mortis pellere posse Deum  
Posse Deum Phlegethontæas demergere in vndas  
Inq; leuare poli culmina posse Deum.

Pater  
domum  
redit 13.  
Maij.

Mirum.



# Epitaphia.

27

Mirum, post chari gnatus solatia Patris  
De vita caput nil dubitare sua.  
Et licet undecima anteaquam se luce ferebat  
Iustus e morbo liber abire nequit:  
Attamen et melius paulo post cepit habere,  
Dilectum vidit quo rediisse patrem,  
Tum vero grates priuatim tecta sonabant,  
Soluebant grates publica templa Deo.  
Sed quia vita hominis vario res plena labore est,  
A cunis, donec nos tumulamur humo.  
Sed quis cura, timor, tandem mors excipit omnes,  
Qua licet hic se quis conditione ferat.  
Nec, quae victurum Andream sperare iubebat,  
Sana valetudo tunc diuturna fuit.  
Altera erat Iulij: Conuiuia laeta parare,  
Cura iuuentutem quibus docuisse, Pater,  
Deq; nouo fidei iam commendare Magistris  
Formandum studijs filioli ingenium.  
Eheu, dum reliqui capiunt Cerealia lati  
Munera, dum lati dulcia vina bibunt,  
Et de discipuli, quam formant, indole gaudent;  
Et cupiunt multos hunc superare dies,  
Filius affligi lento sua viscera morbo  
Sentit, et heu mortem rursus, ut ante, timet.  
Bis denos Iulius mox tunc numerabat ut ortus  
Abscindit puero stamina Parca ferox,  
Septima cui tenero vix tum decurreret aetas,  
Indolis ostendens optima signa bonae,

Filius  
conua-  
lescit il-  
lunq.

Pater  
vocatis  
ad con-  
uuium  
Scholae  
collegis  
filiū re-  
commē-  
dat.

2. Iulij.

Et fil-  
ius in  
morbū  
recidēs.  
Mori-  
tur 20.  
Iulij.

E 3

Vi,



## Epitaphia.

Vt, cui terrenos non fas audire Magistros,  
Sydeream citius posset adire Scholam,  
Qui cunctis dat dona viris, audire Magistrum  
De summo summum dicere summa bono.  
Hic ego tristitiam non enarrabo parentum,  
Que, si vera licet dicere, summa fuit.  
Quisq; adeo culpet? lachrymis si labra rigantur  
In gelido soboles pulvere quando iacet.  
Ex nostro in prolem nosci qui poscit amore:  
Non Deus affectus postulat esse feros.  
Ille creat tali mortalia pectora motu,  
Vt vivant damnis moesta, serena bonis.  
Nunciat: facide, sed mendax fama, Iosephum  
Discerptum à rabidis occubuisse feris.  
Eiulat hinc genitor curisq; liquescit acerbis.  
Exoptat celeri seq; perire nece.  
Isaides iridem; diro ut cecidisset agone  
De quercu pendens flebile natus onus.  
Sic Naines, orbata viro dum funera nati  
Tellure efferrè iam tumultanda videt,  
Et dolet, & lachrymas addens singultibus acres  
Hac infelicem se ratione vocat,  
Dum tamen huic illum rediuium reddit Iesus,  
Tristitia omnis abit, leticia omnis adit.  
Sic curas, gemitus luctusq; parentibus omnes  
Spes potior quous eximit illa bono,  
Non procul esse diem Christi qua voce resurgant  
Corpora de tumbis viuificata suis.

Carulei



Cerulei radians subeant ut culmen Olympi,  
 Horrendam demceps non subeantq; necem.  
 Sed supra quam concipiant hi gaudia sensus  
 Aethereo videant tanta vigere throno.  
 Terrestris curas vitæ sanare, supernæ  
 Spes constans vitæ, nam nisi, nulla potest.

## E P I T A P H I V M.

ANDREÆ PRIMI, FI-  
 LII VIRI ORNATISSIMI D. SE-  
 BASTIANI HEMPELII, Inclyto-  
 rum & generosorum Comitum & Do-  
 mmorum in Mansfelt,  
 Questoris.

Filius Hempelij cui septima fluxerat ætas,  
 Hac, prior Andreas, est tumulatus humo.  
 Indolis eximia puer ingenuiq; pudoris,  
 Et Patris & matris gaudia, Numen amans.  
 Prima Catechismi imbiberat documenta, tenebat  
 Inclyta scripturæ plurima dicta sacræ.  
 Nomina cum verbis discebat flectere, & vnâ  
 Rem propriè Latio discere quamq; sono.  
 Exemplum pueris iam delectabile morum,  
 Exemplum veræ iam pietatis erat.  
 Sed cadit impubes lucri qui pectora Christo  
 Plurima facturus, si licuisset, erat.



## Epitaphia.

Sed cadit impubes clari qui stemma parentis  
Illustraturus, si licuisset, erat

**Anni &  
dies na-  
tuita-  
tis.** Sic plerumq; boni citius tolluntur, iniqui  
Longius in studio d teriore vigent (ortVM  
BlS seXta octobris vite hvic bene contVLit  
Principiis fœLIX sat fV it iste fV is.

**Obitus** Acta bat IVLI LVX vt VICena, reCessit,  
Est qVibVs InfœLIX obrVta vita, Malis

Natus 12. Octob. Anno 1563.  
morbi difficultate denuo afflictus  
obiit 20. Iulij Anno 1577.

### E P I T A P H I V M.

DOROTHEÆ REVE-

RENDI VIRI, D. IOACHIMI ZEI-

SI, tunc Pastoris ad D. Catharinam & Scho-

la Synergi, nunc Volcksteti verbi  
diumi ministri, Coniugis.

**D**orothea heu dulcis Ioachimi foemina Zeisij,  
Annum Coniugij legibus vsa, cadit.

**A** Domino omnigeno virtutum ornata decore  
Dorothee merito non ne neglecta tulit.

**T**ota gravi saluæ flagrans pietatis amore,  
Mansueto parens officiosa viro.

**Q**uam studiosa domus prudenter cura regendæ  
Et celebrat miseros larga iuuare manus.

**H**oc illi Coniunx monumentum ponit, & illam  
Se scit in æthereo velle videre throno.

Tota



Tota fidem in Christum constantem vita probavit,  
Nec decumbentis mens fuit orba fide.

Psalmographi, contra terrorem, carmina, mortis,

Atq; has ingemmat prompta migrare preces:

In te spem firmam confisa fidemq; locavi,

Psal. 31.

Tu mihi confugium praesidiumq; Deus,

Tu, mea ne tristi pudefiant crimine corda,

Aeterno peream ne misera exitio,

Protege me bonitate tua, iustamq; cruore

Esse tui nati supplicioq; velis.

Affere me Stygij vindex à fraudibus hostis

Inmixam tota me tibi mente tuam.

Visq; adeo: Veluti verbi vox certa recepit,

Quam nunquam constat fallere posse, tui.

Propicias aduerte mihi, quibus excipis, aures

Missas tibi in nati nomine vota tui.

Exaudiq; preces summissis peccatore fusas,

Optatamq; citus, quod potes, affer opem.

Versor in extremo, mundo iam mortua, casu,

In rigido dure versor agone necis.

Eripe me valida morti Deus, eripe, dextra,

Eripe me Sathanae seiviciae atq; dolis.

Tu mihi munimen contra hunc, tu petra resistens

Arx ut in recesso non superanda loco.

Tu mihi tu rupes, arx, fulcrum, robur, Asylon,

Auxiliamq; mihi consiliumq; mihi es,

Vox tua facta mihi est, mihi nil, nil usq; negabis,

O fortis supra cuncta pericla Deus.



## Epitaphia.

Vt peruersa tuum nomen viresq; timeſcat,  
Turba, ego te vincam quæq; regente mala,  
In numeris tanquam circumdata caſibus angor,  
Erue deſenſor me, mea vita, meus.  
O æterne Pater, Deus ò pie Chriſte Redemptor,  
O ardens inter flamen vtrumq; fauor,  
Migrantem fragilis vitalem corporis auram  
Commendo manui, ſpecq; fideq; tue  
Tu me, tu Chriſtò precioſa morte Redemptam  
Non poteſ in tantis deſtituiſſe malis.  
Nempe tui mecum pacti tu ſæderis extas  
Æternum, dubito nil miſeranda, memor.  
Haſ inter deuota preces expirat, & intrat  
Fulgentis ſœlix aure i regna poli.  
Hempely natos inter deſuncta Sebaſti  
( Andrea tenero nomen vtriq; fuit ) ( hanc  
Corpore depoſita eſt : Viuam quam matris amas  
Inſtar, poſt obitum non caruiſſe uolunt.

Obijt Anno 77.  
die 10. Octob.

Epita-



# Epitaphia

30

E P I T A P H I V M.

ANDREÆ SECUNDI,

FILII D. SEBASTIANI HEM-

PELLI Qæstoris.

Qui solabar is paruo post tempore mæsti,

Andrea patris tristitiam, alter eras.

Hebdomades septem atq; decem post funera fratris.

Exierant nato lux tibi prima iucat.

VnDena oCtobris LVX vt DVPLICATV Vebat.

Vite hVIVS sicut vincti huius principi.

Dumq; tui ingenij vires anniq; sinebant,

Eq; tua id prudens reputat esse Pater,

Aonio, extincti relegens uestigia fratris,

Das studij cupidus nomina grata choro.

Nec, q; iudicium, q; te erudiere, Magistris,

Exiguam de te spem dedit esse patri.

Spem satis egregiam, diuturnam sed minus, ex te

(Dona Dei tantum non latuere) dabas.

Aspera tunc patriam pestis grassata per urbem

Atroci extinxit corpora mille nece.

Iamq; tuam agnatam charæ vice matris amatam

Dorotheam, è uiuis, proh uiolenta, tulit.

Cuius, præceptor qui te formabat, egenum

Funere se reputat Zeisius esse uirum.

Tu uerò, lachrymæ nihil hic luctusq; gementes

Inquis, ad agnatam quin ferar ipse meam?

Inchoat

Andreas  
secundus  
nascitur.







## A REVERENDO ET

CLARISSIMO VIRO D. M. IO-

HANNERHODIO, pie memoria olim

Islebj ad D. NICOLAVM Pastore

vigilantissimo de Ecclesia &amp; schola

optimè merito, reli. Harum

Viduae &amp; Filiarum.

VIDVAE,

## CHRISTINÆ MA-

TRONAE pie &amp; honeste.

**I**ohanni quondam Rhodio Christina iugalis

Legitimè casto foedere iuncta thori,

Annos in socio bis denos sancta cubili,

Bis quater in vacuo vixerat illa thoro.

Fida, humana, grauis, nulli pietate secunda,

Sol ratio illustrans splendidior domum,

Inuidiæ, fraudis, fuci, ambitionis egena,

Virtutumq; omni condecorata bono.

Exterius calido mundarat membra lauacro,

Intraratq; suam deinde modesta domum.

Mox illam pestis nigro inficit atra veneno

Fitq; insperatæ tetrica causa necis.

Hinc vitæ Christina suæ dum sentit adesse

Finem, offert tali seratione Deo:

Christe mea causa celso delapsus Olympo

Humanos artus, carneâ membra, geris,

Inq; feræ his ipsis sensisti spicula mortis

Ut Sathanae, infracta vi superata tibi: **Vt**



## Epitaphia.

Vt mea sublimis suscepta sub atria caeli,  
Perpetuos vigeant carnea membra dies.  
Hac igitur quae mox tellus membra obruet ipsa  
Christe tuo iussu uiuida rursus erunt.  
Hac animam spe freta Deo reddebat, & inter  
Efflabat puras nil dabitando preces.  
Nunc in carne videt nostra λόγος ipsa, videtur  
Rursus, & in propria carne beata λόγος.  
Gaudia nunc carpit primus quae perdidit Adam,  
Quae retulit nostra in carne secundus Adam.  
Gaudia mortali non vnquam cognita sensu,  
Gaudia mensuram non habitura suam.  
Obijt Anno 1575. die 10. Nouemb.

### FILIA RVM.

MARGARITÆ RHO-  
DIAE D. MICHAELIS SPAN-  
GENBERGII, nuper Pastoris  
Volckstetensis, Coniugis.

**M**argaris egregij charissimæ nata parentis  
Facta verecundo sponsa pudica thoro,  
Prima quidem grata traduxit tempora sorte:  
Quam deinde instabiles sensit habere vices.  
Namq; suum grandi deceptum errore maritum  
Innumeris vidit credere falsa modis:  
Esse hominem peccatum ipsum: discrimine nullo  
Distingui sathanae nunc opus atq; Dei:  
Primorump



Primorum à lapsu tristici; errore parentum  
 Esse hominem stygij tristique Draconis opus.  
 Peccatum sacro saluari fonte renatum,  
 Et meritis Christi participare fide.  
 Hoc in iusticiam mat. indum luce suprema  
 Aethereas tandem posse habitare domos.  
 Et quos praeterea ex vno manire furores  
 Approbat, à veteri docta Manete cohors.  
 Vidit in hoc dulcem versari errorum maritum:  
 Vidit: & hoc ipso perdita penè fuit.  
 Perdita penè fuit: sed rectè edocta docenti  
 Parebat gaudens cedere prompta Deo.  
 Delictumq; suum iungebat fassa piorum  
 Simplice se rursus religionè gregi  
 Indoluitq; suum in lapsu durare, frequenter,  
 Atq; animæ prauè consuluisse, virum.  
 Sic venerata suum, qua par pietate maritum,  
 Coelestem magis, ut fas, venerata patrem est.  
 Et moriens sese, qui peccatum abstulit omne,  
 Immota Christo speq; fideq; dedit.  
 Certa suum quouis mundatum à crimine corpus  
 Sensurum immensis singula plena bonis.  
 Hanc placidè magna Christus bonitate misertus,  
 Transtulit è cunctis, ad loca tuta, malis.

Obijt Anno 1577. die 5. Septemb.

BARBA



Epitaphia.

BARBARÆ RHODIÆ  
CONIUGIS VIRI INTEGRIS-  
SIMÆ BARTHOLOMÆI MUNDMANNII  
DEMANNI, Quaestoris.

**B**arbara sincere virgo pietatis amatrix,  
Fulgida virginea stella cohortis eras,  
A teneris assueta operi, bene docta tenebas,  
Qua domus apposite debuit arte regi.  
Et, si corporeis est quadam gratia donis,  
Ora tibi pulchri plena ruboris erant.  
Crescebas plenis quam primum nubilis annis  
Pangebans parilis scœdera casta thori.  
Qui tibi iucundo se consociabat amore,  
Cultor agri Graio nomine, Bremus erat.  
Hunc tibi fata virum cum surripuere, iuebant  
Alterius licito rursus amore frui.  
Iure igitur thalami connexa es Bartholomæo,  
Qui de Mundmannis nomina iactat auis,  
Nec tamen hæc longo durarunt tempore pacta,  
Vsq; adeo dubio vita tenore fuit.  
Coniugium ornaras prima vix prole secundum  
Fœcunda ætherio facta favore parens.  
Mox acres toto cruciatus corpore sentis,  
Supremum statuas ut tibi adesse diem:  
Hunc unum cupidè noctes meditare diesq;  
Et sanctis precibus dedita tota iaces,  
Has inter (mors est sanctorum sancta) celebri  
Morte, velut placidi plena soporis, obis. Si,



Si, Pater omnipotens, si, per te quæ modo vius,

Hæc eadem vitam finiet hora meam.

En, sum, prompta mori. Rata sit tua sancta voluntas

Tu Dominus vitæ solus es atq; necis: (145)

Quid verear terra ærumnis excedere plena?

Nil mihi nil rumpi stamma trita nocet.

Te quoniam, natumq; tuum. flamenq; sacratum

Agnosco trinum simplicitate, Deum.

Sim licet innumero peccati pondere foeda

Et athanæ infano digna furore premi:

Tu me Christe tua preciosa morte redemptam

Non potes in mediâ deseruisse nece.

Nec mihi deficiet diuini fluminis aura:

Ingenuus Patris non mihi deerit amor.

His Deus auxilium spondes clementer amicam,

Quos agit horrendis cura laborq; modis:

Te voco, tu præsto mihi sis in agone, tuaq;

Iusticiæ gratis participem esse sinas.

Da tibi confidens, vastus quæ continet orbis

Spernere, et in cælum tendere læta queam?

Cur Christus pro me passus conuicia, diras, (necem

Vulnera, flagra, crucem, scommata, probra,

Cur in baptismo Christi sum sanguine lota?

Cur nomen Christi à nomine nata fui?

Cur peccata mihi Christi sunt voce remissa?

Corpore cur Christi et pasta cruore fi i?

Ne mihi sydereæ sedes ac regna negentur:

Vt capiam superas cœlica ciuis opes.

F

Chare



## Epitaphia.

Chare uale coniunx : infans blandissime, matris  
Non mea qui suges utera grata, uale.  
Seruet utrunq; Pater uiduorum : altorq; clientum;  
Cuius ego iam iam tota quiesco sinu.  
Has iteras gemebunda preces pia Barbara, & inter,  
Non secus ac dulci uicta sopore, cadis

Obijt Helbræ 17. Octob. Anno 79.

## CHRISTINÆ RHODIÆ VIRGINIS.

**M**aterni uultus & nominis æmula, magnæ  
Indolis hoc recubat uirgo tenella loco.  
Nil erat ingenuis adscitum in moribus, uno  
Extabant æquè uita animusq; modo  
Non immaturo iuuenem banc à funere seua,  
Tantæ uirtutes asseruere, necis.  
Fœlices animas inter cœtusq; beatos  
Gaudia nunc solida fœusta quietis habet.  
Nunc admiratur miracula summa : nec ad nos,  
Si liceat, miseros iam rediisse cupit.  
Cum Christo Christina tuo letare : sed ad te  
Tu quoq; nos iusto tempore Christe trahere,

Obijt die 14. Iulij anno 1575.

## DOROTHEÆ RHODIÆ VIRGINIS.

**D**orothea, ô donum supremum nobile Patris,  
O Rosa uirgineos inter odora greges.

Ingenio



Ingenuo uultu ingenuoq; puella pudore  
 Hei nimium celeri funere rapta cadit.  
 Non reliquas inter formosior vlla sorores,  
 Cultior hac vera non pietate fuit.  
 Vix licet etatis ter quartum euaserat annum  
 Extitit athereis dedita tota bonis.  
 Gnara Catechismi partes cognorat ad vnguent,  
 Sancta q; scriptura plurima dicta sacra.  
 Hac recitans deuota animam exspirabat, obibat,  
 Difficili victrix & sine agone, necem.  
 Pectore nam Christum fido complexa tenebat:  
 Qui Christo fidit non perijsse potest.  
 Spiritus in caeli viuit regione superstes,  
 Et rata perpetuae iura salutis habet.  
 Et post tristitiam latissima gaudia cernit,  
 Vtq; coruscanti lumine stella, micat.

Obijt 12. Nouemb. Anno 1578.

## CATHARINÆ RHO-

DIAE PVLLVLAE, natu minima.

**P**Ar pietate alijs Catharina, etate sed impar,  
 Ante diem languens vt Rosa verna cadit.  
 Dumq; cadit Christum, miserè ne sola periret,  
 Inuocat attento pectore & ore ducem.  
 Felix qui sese moriens committere Christo  
 Huncq; animo potuit non reuente sequi.  
 Huic nihil aeternae sunt noxia spicula mortis,  
 Huic Sathanae fraudes, ira furorq; nihil.

F 2

Huic



## Epitaphia.

Huic referans sese caelestis ianua regni  
Leticia pandit plena theatra noua.  
Hæc Catharina colens, cunctorum oblita malorum,  
Cælestis consors gaudet amicicie.

Obijt die 3. Octobris Anno 1577.

### IOHANNI RHODIO

FILIO SVO CARISSIMO M.

FRIDERICVS RHO-

DIVS Pater F.

**E**Rgo tuum, mea cura, patrem carissime fili,  
Et matrem linquis? Quò mea cura fugis?  
Mi pater haud fugio: sed Christi voce vocatus  
In veram patriam, cœlica regna, vehar.  
Christus me miserum proprio qui sanguine vermen  
Peccati & Sathanae faucibus eripuit:  
Me vocat è tenebris & tristi carcere mundi,  
Me vult angelicis associare choris.  
In lucem tenebras linquens: ad gaudia vera  
E luctu tendo: cœlica regna peto.  
Vos igitur cari, gaudete, valete, parentes:  
Iam mihi Christus adest: tristitia omnis abest.

### EPITAPHIVM

EIVSDEM.

**H**Oec ego composui mea membra tenella seculo  
Iohannes Rhodius nomine dictus Aui (chro  
SEPIUS



*Spiritus astra tenet: paruum tu terra cadaver  
Ad Christi aduentum, mater ut alma, foue.*

*Natus Salsfeldiae 1. Ianij Anno 72.  
Obijt ibidem 6. Iulij Anno eodem.*

**EPITAPHIVM COL-  
LEGAE LVGENTI FILIOLVM  
FRIDERICVM, M. ZACHA-  
RIAS PRAETORIVS F.**

**I**ngenio reserebat animum, reserebat & ore  
Atq; patrem: Patrem nomine Viridorix  
Sydere qui natus fausto, iam numine fausto  
Propitioq; , puer te videt almae puer.

**EPITAPHIVM.  
FILIOLI VIRI REVE-  
RENDI D. M. FRIDERICI  
RHODII, ad D. Andream Archi-  
diaconi, patri ὀμωυύμυ.**

**Q**ue genus humanum nullo discrimine perdit  
Crudelesq; gerit Parca cruenta manus:  
Hac Rhodij natam Friderici cruda peremit,  
Iussit & in primo flore perire Rosam,  
Indolis eximiae qui signi tenellus habebat,  
Seq; patrem, quod erat nomine, quando Patri.  
Sed licet etatis vix primum excesserat annum:  
Est pietate tamen canicieq; senex.

F 3

Canicies



## Epitaphia.

Canicies quoniam vera est & serior aetas,  
Aeternum sapiens pectus habere bonum.  
Induit in sacro Fridericus fumine Christum,  
Cui solus sapiens, solus origo boni est.  
Hoc duce simpliciter sapuit caelestia: Rego  
Flamine subiectum pectus agente sacro.  
Ille Deo placuit, puer est quia mortuus, idem  
Nescius innumeri criminis atq; doli.  
Parue puer, nuper matri iucunda voluptas,  
Spes ingens claro nuper adempte Patri.  
Cum superis ludas & diuite pace fruaris,  
Cumq; legas rubeis aurea mala Rosis.

Natus Islebij in patris exilio die 5. Iulij  
An. 73. Obit die 19. Nouemb. An. 74.

### A D P A R E N T E M .

**T**V verò Friderice Rhodi, suauissime frater,  
Cuius dia Dei tradere verba labor,  
Desine tristari, atq; animum solamine comple:  
Inuito nullum mors rapit atra Deo.

„ Nascimur, & vitam, semel ut moriamur, habemus.  
„ Mancipio nulli transfuga uita datur.  
„ Principium uitæ uagitus; cura laborq;  
„ Est medium: finem morsq; dolorq; grauant.  
Cur perijisse doles lugubri funere natos?  
Nulla illis posthas cura dolorq; nocet.  
Nil gratum in mundo: defunctis omnia grata,  
In praxo nobis carèta molesta sola.

Ne mala



Ne mala cognoscant, homines quæ pessima patrant,  
Exemplis dicant neue mali esse malis.

(Proh dolor, ingenijs sæpe exitiosa probatis,  
Nequam hominum vicijis perdita uita fuit)

Dogmata ne pestes animarum falsa perenni  
Infantes teneros exitio obijciant,

Hac Deus è uita citius traducit in illam,  
Christus ubi tantum dogmata recta docet

Annus ibi parua breuior longissimus hora,

Non ibi sunt unus secula mille dies.

Sydereas uita functis gratabinur arces,

Quas desiderijs corda renata petunt.

Namq; pijs illic restant sua gaudia, restant:

Vlterius nec mors qua percamus erit.

Desine tritari: uerum, Frederice, parentem

Namq; tui nati pignora chara uident.

Illius en dono, Rhodia spes proxima stirpis

Beniamin fausto sidere natus adest.

## E P I T A P H I U M.

ANNÆ FILIOLÆ D.

BARTHOLOMAEI BOHEMI,

nunc Pastoris Reblingensis.

**H**ic quis honos, uario sparsum q; flore sepul  
Sum tener egesta flos tumulatus humo (chro

Scilicet hæc merces peccatis debita nostris:

Carniuoris omnes uernibus esca damur



## Epitaphia.

Anna mihi nomen genitor mihi Bartholomeus  
Ehemus, Reblingi qui sacra verba docet.  
Testantur moesti sibi spem restare parentes  
Quod sim postremo viuificanda die,  
Namq; quibus nos dura ligat mors vincula, non sunt  
Perpetua, in mundi fine soluta cadunt.  
Momento caro nostra isto florescet, et ante,  
Prodibit tumulis, ora thronumq; Dei.  
Tunc, quo nunc gemitus festino funere feci,  
(Hebdomades mihi vix octo nouemq; data)  
Tot risus, tot blandicias, tot iubila, laetos  
Tot plausus reditu conciliabo nouo.  
Nunc, velut in gremio lusi, vlnis inq; parentum  
In gremio viui ludo oculisq; Dei.  
Nunc ego magnificis extollo laudibus illum  
Frangentem stygij robur et arma ducis.  
Balbuties abijt. Vocis datur integer vsus,  
Nil mutilum et mancum Regia summa tenet  
Hic mihi parata quies, hic pax, hic gaudia, florent,  
Quo sine, Christe tuo munere, nulla salus.  
Ponite tristitiam dulces mea cura parentes  
Vos affligentem ponite tristitiam.  
Ante Deum, inter auos mire exornata, celebri  
Angelicos inter, viuo, decora choros.  
Exspectoq; diem quo reddita membra resurgant  
Spiritu aethereis glorificanda bonis

Nata Islebij Anno 75. Obijt eodem.

EPITAPHIA



EPI T A P H I A  
EORVM, QVI IN OP.

37

PIDO MANSFELT SAN

Et a morte obdormuerunt.

DE OBITU REVE-

RENDISSIMI ET CLARISSIMI

VIRI D. SIMONIS MUSAEI SACRO SANA

Et Theologiae Doctoris Sinceri, voce, scriptis

voluminibus, exilijs & constantia in vera

confessione praeclare de tota Ecclesia

Iesu Christi meriti: Decani

& Pastoris Mans-

feldensis.

**I**nsanis hominum sunt obruta corda tenebris,  
Inq; ruunt quoduis absq; pudore scelus.

Impia diuini blasphemia nominis omnem

Occupat horrenda cum feritate locum.

Ingens impietas grassatur libera passim:

Heresis eiecla proh pietate viget.

Rebus in aduersis vanum est constantia nomen,

Verba, malis laus est, spernere posse Dei.

Nemo suam vitam emendat, discrimina nemo

Præuidet, ac iusta religione cauet.

Nemo domum Domini curat, neq; dogmata summi

E gremio patris qua λόγος ipse tulit.

Nemo Dei votis iram præuertere tentat:

Annameris loca sunt singula plena malis.

F 5

Quis



## Epitaphia.

Quis reputat duros Solis Lunaq; labores?  
Terreri signis peiora pauca liquet,  
Signa licet lucem portendant mille futuram  
Qua ruet euerso cardine uterq; polus.  
Rara Dei in toto restat reuerentia mundo,  
Exulat ingenua cum probitate fides.  
Exultat vero summis ac infima misceat,  
Et dirum diro prouomit ore, Nefas,  
Contemptusq; Dei, improbitas & liuor, & ira,  
Furtaq; non licitis insidiata bonis,  
Persidia, & multo manantes sanguine caedes,  
Seditio, legum vineula nulla timent.  
Nulla fides sancte pactis seruatur, ubiq;  
Surgit inauditis frausq; dolusq; modis.  
Vicini cessauit amor, cessauit habendi  
Sordibus innumeris imperiosus amor.  
Filius est patri crudelis, Filia matri,  
Germani frater fratris ab ense cadit.  
Scurrilis leuitas, demens petulantia, quaq;  
Illicitos temerat foeda libidothoros,  
(Rectoremq; Deum excutiens uerumq; timorem  
Inq; suos artus luxuriosa furens,  
Noxia stulta sibiq; alijs, scatensq; periculis  
Et qua nil toto saeculorum orbe viget)  
Ebrietas & cura gula ventrisq; voracis,  
Et qua vicinis garrula lingua nocet,  
Undiq; grassantur, furijq; agitantur, & atra  
Inficiunt mundi climata cuncta luce.

Hinc



Hinc bella horribili gliscunt horrenda tumultus

Inq; crepant cunctis arma cruenta plagis.

Hinc immensa Tyrannorum violentia crescit,

Desudans omni tollere parte pios.

Hinc passim hereseum fraudes & schismata feruent,

Errorisq; uagos hinc Sycophanta serit.

Hinc denso ingentes consurgunt agmine morbi,

Hinc furit in nostris lurida pestis agris.

Hinc, ut stulte tuum cognoscas munte periculum,

Et mala mista malis te petere aspra scias.

Ipsa Ecclesiola Deus euocat orbe columnas,

Passim doctores inter & ire sinit.

Hos inter Simon Musæus funere nuper

Sublatus præsens denotat esse malum.

Qui qualis fuerit viuacia scripta loquuntur

Per quæ cunctorum clara per ora volat.

Et donec mundi stat machina vasta volabit,

Nobile sub sera posteritate decus.

Audijt attento diuinum corde Lutherum,

Sacra reuelantem pagina quicquid habet.

Et contra hereticos Papamq; audenter euntem

Pro defendendo dogmate Christe tuo,

Audijt, & Doctor communi voce creatus,

Albidos ad ripam non sine laude fuit.

Quantq; diu vixit prudens diuina secutus

Dogmata, quæ docuit verba fuere Dei.

Vtq; bonus pastor, ne grex è fonte venenum

Imbibat, aut carpat lurida præta, cauet:

Sic



## Epitaphia.

Sic cauit, ne pro veraci dogmate falsum  
imbiberent, quas is pastor agebat, oues.

Namq; vti pastoris totum corrumpit ouile  
ignavi culpa morbida facta pecus:

Norat uia errores effusos serpere late,  
incauta hos monstrat ni bene Pastor ouis

Et procul admoneat cauto discedere passu.  
Ne stygio fiat preda petita Lupo.

Principis studuit solers ostare malorum,  
Errori vires ne qua minuta darent.

Neue animas Christi preciosa morte redemptas  
Ludibrio falsas exitioq; daret.

Et sua ne, Speculatoris male munere functus,  
Corda peregrino crimine pollueret.

Damnatae Ausoniae meretricis semina contra,  
Et voce et scriptis hostis apertus erat

Non in concilium, male quod statuebat, abibat:  
Sed contra hereticos hostis apertus erat.

Testis eris, quicumq; λόγος, cum patre sacroq;  
Flamme ab aeterna respicis esse Deum.

Testis eris, quisquis resonum contemnere verbum  
Et spectare polo somnia missa iubes.

Testis eris, mandata Dei, qui cedere templis,  
Et tantum in rigido vis valuisse foro,

Testis eris, nimio sphynxis qui captus amore es,  
Non enim ab interino que male suada gerit.

Testis eris, sacro infantes qui fonte lauari  
Antea, quam fidei dent documenta, vetas.

Testis



Testis eris, Corpus Christi verum atq; cruorem  
In cenis qui sub pane meroq; negas,

(Excelsa, Corpus, quod pendens è trabe factum est  
Unica pro cunctis hostia criminibus.

Corporis è casti fluxit cui corde, cruorem,  
Ardua dum pectus malicis hasta ferit)

Testis eris, quicumq; tuas contendere vires  
Audes in rebus robur habere sacris.

Testis eris, qui te meritis acquirere calum  
Adstruis, ante thronum quando vocarè Dei.

Testis eris, quicumq; Dei substantia quod nos  
Iustificet, Christi nec modo sanguis, ais.

Testis eris, qui peccatum substantia quod sit  
Nostra furente furens asserere ore soles.

Vnde vel esse Deus peccati creditur autor  
Aut homines dirus condere posse Sathan.

Singula testis erunt damnata καὶ δόξα, nomen  
Nominè qui Christi prostituere suum.

Qui verum errori pratexunt, sacra Prophanis,  
Cauponantq; pie religionis opus.

Qui rectum curuum, feruentia frigida dicunt,  
Iniustum iustum, sapius, alba nigra.

Hos contra hereticos diuini flammis ense  
Stringentem, armauit mens animata fide

Hæc unguem vetuit pugnantiem cedere latum  
A verbo (nequit hoc fallere namq;) Dei.

Nam memor huius erat vocis, Musæus ubiq;  
Quam proprio sonuit de super ore Deus.

Filius



## Epitaphia

Matth. 3 Filius hic meus est, nostri hic dilectio cordis,

•• Hic hic laticiae causa caputq; mea,

•• Hoc ego delector: vos hunc audite docentem

•• Et fugite immanis lubrica verba lupi.

•• Sic sic post fragilis durissima tempora vita

•• Fas erit aetherias vos habitare domos.

Omnibus obiecit uocem hanc erroribus unam,

Nil veritus mundi scommata, proba, minima.

Maluit exilijs eiectus vertere terras,

Aurea quam Christi verba negare sui.

Hic ihena, Gottha, Brema celebrisq; Coburgi,

Susatiq; mihi mania testis erunt.

Ingratae siquidem Doctorem turpiter vrbes

Haec, praesente suum deseruere metu.

Crosna, Vratislaviium, quæ Silestis ora superbit,

Eisfeldiam Harcynio quod propè spectat agros,

Quodq; Megalburgis Suerinum claret in oris,

Et Rhutenorum subdita Gera decus,

Thornaq; Sarmatiae regno vicina celebris,

Et circum has urbes quæ loca eunq; iacent:

Testari possunt magna pietate fideq;

Museum catus erudisse pios.

Hinc illum grata celebrabunt perpete fama

Tempore, terra licet iam tegat ossa uiri.

Et comites, quorum paret Mansfeldica tellus

Imperio, hunc memori semper amore uehenta

Sentiet ultrices tandem Mansfeldica poenas

Vallis, honorando tota molesta uiro.

Respicias,



Respicias uallis manifeste immania cepta,  
 Et qui Museo candor amorq; fuit:  
 Dixeris: Hic Lotho similis: conuicia stulti.  
 Sic tulit: hri insons dura, nimasq; gregis.  
 Sape, e suggestu qui perturbare docentem  
 Ausus, & infando nomine adire, fuit.  
 Dum iacet hac muti uita excessurus agone,  
 Et nihil inflari cornua rauca rogat,  
 En homines uani lituos & cornua sufflant,  
 Et saeva pulsant tympana tensa manu.  
 Et lapidum iactu & petulanti uoce laceffunt  
 Musæi tenuit quos gemebunda domus.  
 Aegre ut languenti facerent in agone, priusquam  
 Abstulit, optantem spe patiente, Deus.  
 Sed narrare piget, Mansfeli sanus & aeger  
 Indignis tulerit quot truculenta modis.  
 Scilicet illa solet meritis bene reddere mundus  
 Præmia. Quæ donet non bona mundus habet.  
 Hæc tamen infractus, diui ceu signa fauoris  
 Impositæq; crucis pondera sancta, tulit.  
 Et cessit uiuis somno non morte sepultus.  
 Dederat hac sese cum ratione Deo:  
 Peccator sum, nec sum dignus amore Tonantis 59  
 Dignum me Christi sanguis amorq; facit. 60  
 Fidus ut hunc docui, sic non in morte negabo, 61  
 Per mortem in uitam cui uia certa patet. 62  
 Utq; olim in Genesin sancti monumenta Lutheri,  
 Ante obitum, finem uix habuere suum:

Sic



## Epitaphia.

Sic vbi prodierant, quæ commentatus in illam cædo  
Aemulus excellens magne & uthere tuus,  
Lætus obit. Viuet Cygnæa vtriusq; superstes  
Cantio, dum terram flamma polumq; vorat.  
Tu verò infelix tandem Mansfeldia lugens  
Adsuescas damnis ingemuisse tuis.  
Quid iuuat insani d. liri vana Manetis  
Per pangenbergum iam reuouata sequi?  
Cur trahas & hristi tam seditiosa ministros,  
Qui te, ne percas, dogmata sana doceant?  
Perstiteris: iustum & hristi ante locata tribunal  
Cogêris stygij regna subire canis.  
Ah respisce, Deumq; time: vitæq; peractæ  
Turpiter immani crimine, pœniteat.

Rom. 14. Vitales quicunq; auras hoc haurit in orbe  
,, In nigram fatis est redigendus humum.  
,, Inq; sed is præsens est, mundi sine resurget  
et summi stabit iudicis ante thronum.  
,, Iudicis, in cuius non sunt obliuia mente, (lum:  
,, Qui memor omne bonum pandet, & omne ma  
,, Quam nulla ratione furor terrebit & ira,  
,, Quem nullo flectent æsq; precesq; modo.  
,, Non illum vani fallent sententia cordis,  
,, Non, malè quæ didicit facta negare, cohors.  
,, Ille pari iudex pensabit singula lance,  
,, Digna suis reddet præmia, digna malis.  
,, Non hunc effugies, huius uexare ministros,  
,, Atq; magistratus iussa, peritus homo.

Huius



Huius & inuita *Epiphania* ..

Vt uita *REVERENDI* ..

Angeliciq; *REVERENDI* ..

Te per .. reum.

Quicq; .. potente creatum ..

Te, per .. reum. (est

Quid? tibi quæ latitat proprio sub pectore testis, ..

Conscia mens, peraget te statuetq; reum.

Tuncq; Deo coram pallens cunctisq; creatis ..

Pectora & ora graui mœsta tremore geres.

Et Pblegethontæas cum Dæmone mersus in undas ..

Horriferas poenas suppliciumq; lues.

Debita nulla tibi discrimina finiet ætas, ..

Nullus erit curis mœsticiæq; modus.

Huius iudicij memor ô Mansfeldia, discas ..

Mature tantis abstinuisse malis.

Musæi (mirata sua est, mirabitur ætas ..

Quem pia, si qua pia est sorte futura sequens)

Portendit funus, templisq; scholisq; periculum ..

Triste: quod exemplis res patefacta docet:

At tu, qui clemens nitidi moderator olympi, ..

Quam noster dici tam cupis esse pater,

Saluifici penitus ne subtrahere pascua verbi, ..

Ne populo desint pabula viua tuo.

Ne succumbat mops, tu dicarisq; redemptum ..

Vulnera per gnati destituisse gregem.

Te seruaturum, quod te benè nouerit agmen, ..

Quamlibet in tenebras decidat orbis, ais,

G

Ergo



## Epitaphia.

Ergo age pone graues, pater ô mitissime, vultus;  
Reliquiasq; tui nos gregis esse sinas.  
Te penes oppressis nos est seruare Tyrannis:  
In tenebris lucem tu potes asserere.  
Hoc vti constanti de te pietate fatemur:  
Euentus firmet nostra ita vota bonus.

E P I T A P H I V M.

D. SIMONIS MUSÆI,  
DOCTORIS THEOLOGICI, PASTORIS  
ET Decani Mansfeldensis.

Simon Musæus diui cum laude Lutheri  
Aemulus, et meritis clarus et exilijs,  
In patria sancti decessit ad astra Lutheri  
Mente, sed effosso tradidit ossa solo.  
Ossa fatigati curis tot corporis, amplo  
Quot recauus stellas sustinet orbe polus,  
Quas inter placidus semper toleransq; malorum,  
Fatalem constans mansit ad usq; diem.  
Blandicijs nullis, nulla vi percitus heros  
Vitauit Christi nomine ferre crucem.  
Tam bene Doctoris venerabile nomen adeptus  
Asseruit, calamo, pectore, voce, fide.  
Emerito irradians tribuet diadema, nouabit  
Vltima quando dies cuncta creata, Deus.  
Tunc ille Heroës inter clarissimus heros  
Splendidus illustris sideris instar erit.

Interea



## Epitaphia.

42

Interes, vndecimum cui vix absolueret lustrum

Contigit, ex scriptis vsq; celebris erit.

Quæ, qualis fuerit nullo dicente docebunt :

Non niger in niueo pectore fucus erat.

Nunc mala nulla videt, quæ nos diuersa videmus :

Gaudia cœlestis nunc videt ille throni.

Semper honos nomenq; tuum MVSÆE manebunt

Donec erit mundus, sæcula donec erunt.

Obijt 11. Iulij Anno 1576.

E P I T A P H I V M.

D. M. MATTHIÆ KIND

LERI CONCIONATORIS

in arce Mansfeldensi.

**E**Xilijs notus Matthias & pietate,

Non puerile carens omne nomen habet.

Namq; puer veluti prima fragilissimus hora

Editus imbelli corpore visus homo est :

Tota ita vita dedit fragiles in corpore vires :

Tota ferè nil quàm morbus onusq; fuit.

Accelerans tandem senium decus abstulit omne :

Corporis, at creuit, ut pereunte, Fides.

Aula uirum meritò laudat Mansfeldica, quamuis

Hanc paruo instruxit tempore praco Dei.

Ossa solo data sunt, animæ vis ignea cœlo,

Vtraq; in extremo consocianda die.

Obijt 24. Octob. Anno 1577.

G 2

EPITA.



Epitaphia.

E P I T A P H I V M.  
D. ANDREÆ DRAS-  
DO ECCLESIASTAE IN  
oppido Mansfeld.

**A**ndrea, Christi, Drasdo pietate fideq;  
Nec leuiter dura, praeo, probate, cruce.  
Exilio migras Mansfeltum:oblataq; facta est  
Conditio duro durior exilio.

Nam quia peruersæ falso sunt dogmate mentes,  
Hisq; placet demens impius error opus,  
Hinc, dum recta docens, manifestè falsa refutas  
Milliaq; ad Christum ducere corda cupis,  
Contemtumq; irasq; odiumq; & probra tulisti,  
Tinxisti lachrimis saepe cibumq; tuis.

Nunc tibi defuncto coelesti in culmine regnum  
Exhibet infanda gaudia leticia.  
His ipsis tecum sociali nata fruuntur  
Pignora, post terræ fata caduca, thoro.

Obijt 17. Nouemb. Anno 77.

E P I T A P H I V M.  
D. DANIELIS HAVV-  
ENSCHILT, DIACONI  
Mansfeldensis.

**T**hyrigetum propter sacra dogmata pulsus ab  
Quæ pius asseruit nomine Christe tuo,  
Mans



Mansfeltum Daniel Haunschiltus ritè uocatur,

Cedere dum iussus grex Manichæus abit.

Hunc contra dum vera docet, dum falsa refutat,

Se reprobri furijs agminis exposuit,

Ob benefacta bonus malè vir traductus, iniquè

Tractatus varijs clamq; palamq; modis.

Hinc animum mæror possedit, corpora languor,

Vnde nocens properæ venit origo necis.

Nunc agit æthereis post fata superstes in oris,

Plenus iusticia, luce, salute Dei.

Mansio per Christum quòd ibi reparata perennis,

Hæc uiuo rata spes vnica semper erat.

Hæc emigrantis vni de carcere mundi,

Erexit Christi corda beata fide.

Hi qui cum lachrymis tristissimis semina spargunt, Psal. 120.

Iubila cum plausu læticiamq; metent.

Iubila quæ modico succedent longa dolori

Iubila non vlla disperitura die.

Compensat tenues luctus æterna voluptas,

Splendorem anxietas perpetuumq; parit.

Quid calicem gustare nocet primo ore salutis?

Iratum fœces impia turba bibet.

Obijt s. Iannuarij Anno 1579.



E P I T A P H I A  
E O R V M Q V I I N O P-  
P I D O H E C S T A D E X E R-  
*gastulo huius vitæ ad libertatem caelestem  
morte euocati peruenerunt.*

E P I T A P H I V M.  
D. CASPARIS ALLEN  
KIRCHII, L V D I L I T E R A-  
*rij moderatoris.*

Dan. 12. **I**usticiam quotquot multos docuere, nitebunt  
Non secus ac nitidi lucida stellæ poli.  
Tu quoq; cui teneros labor instruxisse puellos  
In Christi verbo iustificante fuit  
A Cunctis Caspar sortitus nomina Templis  
Credita cui patri & cura molesta Scholæ,  
Susceptus cæli sublimi mente recessu  
Aurea sydereo flamma nitore micæ.  
Templa ibi non manibus Christi sed structa cruore  
Omnia nunc dempto sine modoq; colis.

E P I T A P H I V M.  
MELCHIORIS INFAN-  
TIS FILIOLID. M. MELCHIO-  
RIS HERLIZII, nunc in Ri-  
*storfio inferiori Pastoris.*

**N**omine qui doctum referebat & ore parentem  
Hic infans recubat Melchior Herlizius.  
*Alteræ*



Altera lux Iulij natum dedit, abstulit atra  
 Plane in sperato funere sedecima.  
 Quin potius Christi in baptismo sanguine sparsura  
 Candida caelesti miscuit illa choro.  
 Sydera quam tenero sese prosperrima praestant?  
 Pectora quid perimens cura fatigat onus?  
 Leticias quisquis caelestes cernit, inanes  
 Nil curat, fragilis quas amat orbis, opes.  
 Iam sibi blanditias & gaudia nata putabat  
 Anna graui praestans Herliziana fide,  
 Doctoris Medici Michaëlis chara Neandri  
 Filia, Saxoniae quem colit Aula ducum,  
 Ihenaeque Paonias tradentem gnauiter artes  
 Audit, & hoc merito nomine grata colit.  
 Hic Auius optabat, Pater Herliziusque vocari,  
 Illa, ait, infantis blandula Mater ero.  
 Sed, dolor, inuertit cito talia gaudia fatum,  
 Salua nec immuti Parca furore tulit. (gentes  
 Quò genitus? Quò singultus? Quid dextra ri-  
 Sauciat è lacrimis sanguinolenta genas?  
 Laetus amore Dei est infans? Quin gloria caeli  
 Euacuat curas maesticiamque fugat?  
 Eximit haec Corpus quouis mentemque dolore?  
 Parta quies illic integra, tuta salus.

Natus Hecstadij 2. Iulij  
 obiit 16. eiusdem Anno

79.

G 4

Epitaphia



# Epitaphia.

EPITAPHIUM.

CATHARINÆ IN-

FANTIS FILIOLAE D. GEOR-

GII FIDLERI, tunc Heckstadij

hypodi dascali, nunc Islebij ad

D. Annam Diaconi.

**H**ic ego Fidlerii Catharina tenella Georgij  
Filia, non dura morte sopita cubo.

Mæsta suæ genitor plangebat funera matris,

Mox ego solabar filia nata Patrem.

Et sortita Avie nomen Catharina lauabar

Fonte salutifera, filia mortis, aquæ.

Inq; meo vitam concepti pectore, Christi

Munere, qui vitæ fons et origo novæ est.

Huic ego dum cupio devoto vivere corde,

Ter misero mundo gaudeo tota mori.

Post decimam Octobris nona sum nata, Novembris

Hinc decima octava luce perempta cado.

Non timui mortem nullosq; in morte dolores:

Solus inest morti pæna timenda timor.

Membra solo reddens, anima sublimia scandi

Sydera: Non necis hæc sub ditione subest.

Æternum dulcant animæ, sedesq; beatas

Intrant, o fausti lucida regna poli.

Omnibus et curis, et sollicitudine cassæ

Paciferam requiem læticiamq; colunt.

Anno 1579.

Epitaphia.



EORVM QUIE PRÆ

FECTVRA ISLEBIENSIS EX

*huius vite ergastulo euocati sunt**in caelestem Patriam.*

EPI T A P H I V M.

D.M. CASPARIS CHRI

TIANI ISLEBIENSIS PASTO-

*ris Herigsdorfiani, vicini, fratris loco**amati.*

**P**ieria Caspar celebratus ab arte Magister,  
 Qui pulchro Christi nomine ianus erat,  
 Præco Dei pietate potens, zeloq; secundo

Dogma nocens contra feruidus ire potens,  
 Sedulus ad Christi vigilabat ouilia Pastor,

In Domino intentus debita lucra suo.

Hostiles vafri contempsit Dæmonis astus

Et mundi ingratas asperitate minas.

Munere tres nondum tali perfunctus in annos,

Hei subito iuuenis funere mersus obit.

Quem decuit moriens Christum in sua fata vocabat

Spicula quo sensit nulla regente necis.

Ultima spirantis vox hæc ex ore sonabat:

Tu mihi dux vite, tu mihi Christe salus.

Leniter in cineres resoluta quæscerè gaudent

Ossa, sed in cali spiritus esse throno.

”

”

G S

Corpore



## Epitaphia.

Corpore quod cessit vegeto maturius orbe.

A nece quod nemo tutus in orbe docet.

Obijt hora secunda noctis preceden-  
tis diem 23. Nouemb. Anno 1575.

AD REVERENDVM  
ET CLARISSIMVM VIRVM D.  
ANDREAM PRAETORIVM SS.  
Theologiae Doctorem, Illustrissimo Electori  
Brandenburgico à Concionibus: am-  
cum, vt fratrem, charissimum.

ANDrea Doct: or Praetori clare, fidelem  
Quem mihi iucundo iunxit amore, Deus.  
Quem grauis Arctoa iussit Septemuir in aula  
Tradere supremi calica verba patris,  
Marchia, Septemuir, cui se, mea patria, subdit,  
Quo nitida sperat sospite pace frui:  
Quali se charites complecti pingere nexu  
Dextra solet, pulchros pingere docta typos:  
Sic ego Casparum tecum amplectebam, & ille  
Reddebat suavi rursus amore vices.  
Mens tribus vna fuit, sensus tribus vnus, & vnus,  
Qualis qui fratrum pectora iungit, amor.  
Iena vbi Salanas iuxta notissima ripas  
Formauit studijs pectora nostra sacris.  
Is quod ab hoc fati iussu decesserit orbe,  
Illius haec tumulto verba notata docent.  
Iam vere in Christo Ianus caelum aspicit, & nos  
Despicit in mundo multa sinistra pati. Con



Condere tu vates meliora iubeto sodali

Teq; huius casu condoluisse doce.

Quodq; facis nostri retine sincerus amorem,

Hoc miserum colimus donec vterq; solum.

Sic Pater & Mater, Frater, castaq; sorores,

Et socer & socrus sint tua cura diu.

Cumq; Theodora, cum filioloq; paterni

Nominis & studij secula multa vale.

T. T. Georgius Regebrandus.

E P I T A P H I V M.

D. HENRICI LEIM-

BACHII FACHENSIS, PASTO-

ris Herigsdorffensis, fidelissimi, compatris sua-

uissimi, alludens ad eiusdem simbola.

Disce mori, despice Mundum,  
memento Domini.

(Strant ?

Quidnā Henrice tua hæc Leimbachie simbola mon

Disce mori, mundum sperne, memento Dei. (nis

Omnibus hoc positum est, semel hic expiret vt omnia

Quisquis ab humano sanguine natus homo est.

Noxia peccati namq; illud culpa requirit,

Nos semel vt stratos mors violenta necet.

Qui verò mortem vt, peccati præmia tantum

Nouit, is exitium in morte perenne timet.

Huic



## Epitaphia.

Huic rabies mortis Sathanæq; æterna nocebit,  
Hunc non explendo tempore terror aget.  
Ergo mori discens, somnum mortem esse putabis  
E quo suprema surgere luce queas.  
Ut viuas liber curis omniq; labore  
Amplius æternis & releuere bonis.  
Quò minus hæc nostræ sedeat sententiæ menti,  
Diuersum suadent gaudia sæpe soli.  
Nam caro si qua sibi fallacia gaudia sentit  
Affluere, hæc sperat mox fore perpetua.  
Utq; procul migret funestæ mentio mortis,  
Somniet ut tantum gaudia vana, cupit. (dam,  
Quæq; mori suadent minus, hoc magis illa tremen-  
Perpetuam heu, mortem gaudia conciliant.  
Contemptis igitur mundanis rebus, amicas  
Quamlibet hæc fragilis gestet habere caro,  
Vsq; memento Dei, qui cuncta creauit, & vnus  
Omne tenet vitæ ius, necis omne tenet.  
Quiq; suum natum mortalia sumere membra  
Siuit, & in nostræ vincere carne necem,  
Ut sibi fidentes æterna exsoluere morte,  
Corporis in vitam deq; leuare queat.  
Qui Domini memor huius agens cœlestia credit  
Deberi è Christi gaudiâ morte sibi,  
Ille potest patiens contemnere gaudia mundi  
Cumq; hilaris risu læticiaq; mori.  
Hæc animo Henricus voluens Leimbachius, ista  
Proposuit crebrò symbola trina sibi.

Æternæ



AETernæ cupidus vitæ, sibi qualibet hora  
 Momentum cupidus funeris ire fuit.  
 Et, quas blanditias & vanescentia mundus  
 Gaudia habet, flocci pendere certus erat.  
 Scilicet exilium Thuringis nuper ab oris  
 Maluit, ab Christi dulce, subire, iugum,  
 Dogmate quam falso capiendum, commoda mundi  
 Propter, se aeterno proijcere exitio.  
 Nam Domini meminit, cuius se morte Redemptum  
 Et scriptum in vitæ nouit inesse libro.  
 Vitæ, quæ nunquam pereuntia gaudia Christo  
 Innixis stabili speq; fideq; dabit.  
 Hanc ne qua excuteret demens ratione, paratus  
 Quicquid in hoc mundo est relinquere, totus erat.  
 Iamq; adeo vitam hanc Henrice & gaudia scælix  
 Cœlica, syderea sede receptus habes.  
 Quam tibi suaue mori? Christi verba antè iubebas  
 Hæc tradi, tulit vt temporis ordo, pijs:  
 Hoc per me affirmo, qui sum verum ipse, tenere     Ioh. 8.  
 Quem mea saluantis uerba uidebo Dei,     „  
 Non ille horrendam mortem, non nigra videbit     „  
 Tartara, quantumuis morte solutus homo.     „  
 Mox quasi defessis somno tua membra daturus  
 Corporis, absq; omni fata dolore subis.  
 Annos vixisti quadraginta absq; duobus,  
 Tale quid aeterna ad secula tempus erit?  
 Quis mihi viua typo morum documenta venusto  
 Te mihi sublato frater amice dabit?

Quam



## Epitaphia.

Quam poteras peccata hominum culpae modeste,  
Huic grauitas deesset ne tamen officio?  
Ebria vitabas conuiuia sobrius, æquus,  
A lucro & pugnis planè alienus eras.  
Contentus paruo prolemq; domumq; regebas  
Essent ut rebus turba operata bonis.  
Crimen auariciae detestabaris, egenis  
Dextera donando munera larga tibi.  
Non noua captabas, leui illita dogmata fucos:  
Fida tuos Christum cura docere tibi:  
Saluifica ardebas totus pietatis amore:  
Exemplumq; probæ simplicitatis eras,  
Si quis Herigsdorfo sensus pietatis, amabit  
Seruatas sancti corporis exuuias.  
Quatuor hic annos Pastoris munere functus  
Es meritis memori semper amore coli.

Placidissimè expirauit Dominica Iudica  
20. Martij Anno 1580. cum paulò antè de  
habenda suo loco concione, pie & solici-  
tè admonuisset.

E P I T A P H I V M.

D. ANDREÆ LEIM-  
BACHII, PATRIS D. HENRI-  
CI LEIMBACHII.

**M**olliter Andreas cubat hac Leimbachius urna  
Infirmi positus corporis exuuijs,

Quinq;



Quinq; bis ut vitæ cum lustros, quatuor annos  
Emensus, uaria sorte uolucus, erat.

Extitit Aonij uiuens sincerus amator,  
Cui semper fãuit consuluitq; , gregis.

Dum sua tractauit sine fraude negocia, uidit  
Esse ferè nil quàm nomen mane, fidem.

Et facile credens facile est deceptus: at usq;  
Fallere quàm, falli maluit, æquus homo.

Et quia consilio iuris pollebat amator,  
Iusta senatoris nomina iurè tulit.

Fama uirum meliore nota meritò ornat honestum,  
Et decus illius dehinc superesse iubet.

Adsi duè seu sanus erat, seu corpore languens,  
Hæc animo sedit spes rata, certa fides:

Tartarea Christi plagis & morte redemptum  
Hæredem æterni se fore & esse boni.

In uotis id erat nancisci, optabat id unum,  
Quo non est toto maius in orbe, bonum.

Dixit & , ut somno claudens quasi lumina, sensit  
Iam sua lethifera corpora falce peti.

Christe animam tibi deuotam, saturamq; dierum,  
Mundatamq; tuo sanguine, Christe cape.

Tu me sublimem celso, tu deser olympi,  
Ereptum curis tristitiæq; , throno.

Tu modò dum meus es, mea portio, dulcis IESV 99

Non curo quicquid uastus hic orbis habet. 99

Dixit: & emissus mortali carcere, summi  
Spiritus in cœli culmine liber ouat.

Obyt Facchæ Hassiæ 18. Iunii Anno 79.



# Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

M A R G A R I T Æ D. M.

I O H A N N I S B R A N D I S, T V N C

Pastoris & wolferodensis, nunc Islebij ad

D. Nicolaum Diaconi, compa-

tris & amici integerrimi,

Filiolæ.

**M**Argaris ante diem Iohannis filia Brandis  
Mortua sublimes possidet alta thronos.

Finiit vt teneræ vitæ vix quatuor annos

Inter abit puras sancta puella preces.

Deliciæ quondam patris matrisq; voluptas

Constanti claudit fata caduca fide.

Nunc anima supera latatur in arce superstes

Ante micans tanquam lucida gemma Deuna.

Quam bene discessit puerili ætate, nefanda

Anteaquam culpæ conscia corda forent?

„ Qui moritur puer, is moritur formidinis expers:

Nam neq; peccatum sentit, onusue necis.

„ Dira cæde manus, funesta pectus ab ira,

Lingua dolis, prauo crimine vita, vacat.

„ Nos sed vbi firmata ætas, seniumue molestum

Occupat, & mens est, conscia, quicquid agit:

„ Tum dolor inferni mortalia pectora, nunquam,

Instigat certam sponte subire necem.

„ Terret enim rigida legis sententia, propter

Ipsaq; peccati crimina corda pauent.

Qui



Qui moritur puer, is moritur formidinis expers,  
Nam neq; peccatum sentit, onusue necis.

Obijt die Anno 77.

## E P I T A P H I V M.

IOHANNIS filioli D. HEN-  
RICI SCHMALEVVASSERI  
Pastoris Vuolferodensis.

**M**olliter hac infans dormit Iohannulus vna  
Conspicuis genuit quem pietate pater,  
HENricus, Schmalewasseri qui nomine notus,  
& olfrodi spargit pro dita verba Deo.  
Hebdomadas nondum ter quinq; impleuerat infans,  
Nec tamen a mortis tutus agone fuit.  
Quid mirum? Tradit peccatum corpora morti:  
Quo sine quis toto viuit in orbe? refer.  
Attamen hac tristes solamina certa parentes  
Erigere, atq; animis tollere moesta queunt.  
Quod sacrosancti lotus baptismatos undis  
Occupat aethereas iustificatus opes.  
Has nec enim turpis pollutus crimine vitæ  
Excussit, Christi sanguine mundus homo.  
Has nunc inter opes illustris obambulat hares:  
Et pars angelici certa sodalicij est.  
Peccatum tollit baptismus, matris ab aluo  
Quod trahimus, tum quod fecimus omne scelus.

H

Saluificaq;



## Epitaphia

Saluificaq; fide donat, reſeratq; ſub alta  
Quæ nos mortales tranſuebat aſtra, viam.

Obijt 19. Maij Anno 1579.

Natus Hebdomadaſ 14. dies 4.

E P I T A P H I V M.  
IOHANNIS CRVSII  
INFANTIS, FILIOLI D. IO-  
HANNIS CRVSII Paſtoris  
in Riſtorſio ſuperiori.

Apoc. 14 **A**gnus in ætherca qui ſtat Syone, ſtipatur  
His, qui nomen habent illius atq; Patris.  
Quos ſeries tandem numerabit certa: ſed omnes  
Scriptum in fronte Agni ſanguine nomen habent.  
Inſtar ij tonitru, multarumq; inſtar aquarum,  
Cantica, non alijs ſic reſonanda, ſonant.  
Atq; eadem Cytharis crepitant: Agnoq; Patriq;  
Emptæ Agni in terris ſanguine, primitiæ.  
Fœdati nunquam mulierum turpiter vſu,  
Innocuæ florem virginitatis habent.  
Spargerunt nunquam mendaci gutture falſum:  
Ante thronum fœda ſtant ſine labe Dei.  
Quoq; Agnus ponit veſtigia ſancta ſequuntur,  
Perpetua verè fauſta ſalute cohors.  
Iohannem Cruſij natum Iohannis, honeſtum  
Quis dubitet tales inter habere locum?  
Qui decies ſeptem hebdomadaſ, & quinq; tenellus  
Hoc tantum afflicto vixit in orbe puer.

Non



# Epitaphia.

50

Non illis impar tamen vlla parte videri,  
Singula si studeas conciliare, potest.  
Innocua Christi nam morte redemptus, ab illo  
Acceptum in sacro flumine nomen habet.  
Adq; puer gestans in aperta fronte beatus,  
Non fecit, quæ non grata fuere Deo.  
Polluit haud vnquam mendaci guttura fraude  
Non Veneris stimulis percita membra tulit.  
Sed semel acceptam gratis vitam atq; salutem  
Seruauit pura sanctificaq; fide  
Nunc sibi non audita prius pia cantica Psallit,  
Et resonum tenero pollice tangit ebur.  
Et generosa legnes Iesu vestigia Christi  
Ante Patrem sicut stellula pulchra micat.  
Sic per se mors prava quidem, preciosa puello    ”  
Agni cœlestis munere facta fuit.                    ”  
Obijt 11. Febru. Anno 1580.

EPI T A P H I A  
I N P R Æ F E C T V R A  
M A N S F E L D E N S I V I T A I N  
v e r a i n u o c a t i o n e C h r i s t i f u n c t o r u m .

E P I T A P H I V M .  
D. IOHANNIS LIE-

ben Pastoris Todendorffiensis.

**H**ic spargens fidei Iohannes semina veræ  
Liebius humana luce solutus obit.

H 2

Parua



## Epitaphia.

Parua ministerio tribuit qui tempora, vita,  
Cui nullus finis, secula cuncta dabit.  
Inuiso è mundo catus collectus ad istos,  
Prospera quos vita perpete fata regunt.

Anno 1575. obiit.

E P I T A P H I V M.

D. M. ANTONII CRU-

GERI Pastoris Volckstetensis.

**P**ost exantlatos curarum mille labores  
Antonius placida morte Crugerus obit.

Et iam perpetuae cernens commercia vitae

A facie ad faciem te, pie Christe, uidet.

Manselto patiens Manichæe probra cohortis,

Dum negat, insulsum dogma, probare, tulit.

Volckstadium grato doctorem pectore sensit

Afiduum, utq; cubet molliter ille, petit.

Non interuallo patris post funera longo

Septem obeunt socio pignora nata thoro.

Anno 1577. Obijt Volcksteti.

E P I T A P H I V M.

BARBARÆ MANTO-

NII CRUGERI FILIÆ.

**H**ic cubat Antonij pia Barbara nata Crugeri

A Manichæorum sprete puella grege,

Dum Pater ipsorum nugis opponit aperte

Eruta diuinis dogmata vera libris.

Viva



## Epitaphia.

51

Viva Deum coluit, Christumq; agnovit, & illi  
Hæsit, saluifica iustificata fide.

Defunctæ hac gelidum corpus requiescit in urna

Spiritus in Christi gaudet ouatq; sinu,

Vtraq; peccatis posthac obnoxia nullis

Nempe  $\Delta\epsilon\omega\theta\zeta\acute{\omega}\pi\epsilon$  sanguine lota  $\lambda\acute{o}\gamma\epsilon$ .

Hic ipsi celso iudex rediturus olympo

Omniibus & sanctis coelica regna dabit.

### EIVSDEM.

Hic Sathana uictrix à morbo uicta quiescit

Barbara nacta fide Crugeriana polum.

Obijt Mansfelti 12. Cal. Maij Anno 73.

### EPITAPHIVM.

D. IOANNIS SCHNEI

DE VINI QUONDAM PA=

storis Clostermansfeld. (na

**I**ohannes cubat hac positus Schneidewinus are-

Qui quondam Christi pastor ouilis erat.

Tollitur officio Manichæo dogmate captus,

Exemplo multos lædit & ipse malo.

Extrema tandem mortis respiscit in hora

Confessus lapsum voce manuq; suum,

Sicq; bono cunctis exemplo linquere prauas

Acceptasq; Deo suadet inire vias.

Quisquis es ad Christi temet composito vocem,

Ne te precipitem flexilis error agat.

H 3

Omnis



## Epitaphia.

*Omnis homo mendax, figmenta humana relinque.  
Est Christus veri sola sequenda via.*

*Obijt 3. Calend. Octob. Anno 1577.*

### E P I T A P H I V M. D. M. ALBERTI SCHIR- MERI Pastoris Alstorff.

**A**lbertus dia præstans Schirmerus in arte  
In Christo prima luce Nouembris obit.  
Leucorea exilium iuuenis proscriptus ab urbe  
Dogmata confutans pernicioſa, tulit.  
Pertulit exilium cum coniuge triſte maritus,  
Dogmata non laudans quæ Manichæe probas.  
Si ſpectes hominum technas furiasq; malorum,  
Schirmeri omnis erat vita graue exilium.  
In cœlis pacem naſtus poſt ſata quieſcit.  
Corpore in effoſſa contumulatus humo.

*Calend. Nouemb. Anno 1577.*

### E P I T A P H I V M. D. IOHANNIS HOFE- RI PASTORIS Vatterodens.

**H**oferus, dederat dulcis cui gratia nomen,  
Hic luſtrum Chriſti non malè pauit oues.  
Cui curas inter panis potusq; doloris  
Sumptus, & exiguus ſercula piſcis erant.

*Atria*



## Epitaphia.

52

Atria de terris sed nunc ad summa vocatus  
Panibus haud vesci, pisce nec ille cupit,  
Nunc animas inter sanctas manesq; beatos  
Cernit inexpleto numen amore Dei.  
Nunc Christo praesens, Christo, sine fine beatus  
Nectar & Ambrosiam distribuente capit.

Dominica Latare, Anno 78.

AD REVERENDVM  
ET DOCTISSIMVM VIRVM, D.  
M. ERASMV M HEVGELIV M LV.  
CANVM, Pastorem Annerodensem ex filio  
la, ANNAE, hinc euocatae cum tan-  
tum, sex hebdomades vixisset,  
obitu moestum.

**T**Am Deus Isaida morbo vehemente puellum  
Pressit, ne vita spes super vlla foret.  
Tunc pater in duram prono se pectore terram  
Deicit, & nato mitia fata rogat.  
Fortè exorari si coelica numina possint,  
Ut dare filiolo stamina longa velint.  
Dumq; vacat votis bis sex noctesq; diesq;  
Talibus, & moerens pectore, tristis agit,  
Noluit interea iciunia pellere ventris  
Aut querulas curas exhilarare mero.

2. Sande  
120.

H 4

Scilicet



## Epitaphia.

„ Scilicet hæc vis est humano in pectore sogyns  
Vt faueat proli nil, nisi fausta, sua,

„ Et potius proprijs sese inuoluisse periculis,  
Si liceat soboli consuluisse, velit.

Ecquid idem mecum venerande fatere Magister  
Anrodæ fidus cui sacra verba doces,

Heugelio, Lucca qui stemmate natus in vrbe  
Cum re conueniens nomen, Erasmus, habes?

Ecquid idem tecum tua dilectissima coniunx,  
Dote pudiciciæ quæ Catharina, probat?

O quoties, quoties voluistis pectore tales  
Fudistisq; simul supplice uoce preces?

„ Sancte pater, cuius ventris sunt pignora donum,  
Qui castas præstas pondus habere preces,

Quiq; duos patrio largitus amore puellos

Es prius, ô nostri pignora chara thori,

(Longa trahant utinam fugientis tempora uitæ  
In laudes nobis erudienda tuas)

„ Da, quia te sobolem rursum dare uelle uidemus,  
Exhilaret nostrum filia parua thorum.

„ Hanc tibi reddemus uera pietate docendam,  
Seruiet hæc laudi tota dicata tuæ.

Anno Annuit ipse Deus. Lux bis septena Decembris

1579. Orta erat: En, uobis nata puella datur.

Difficili quamuis uix partu enixa (petebat  
Nam lucem dorso nata recurua) datur,

Cum misera propior uita mors dura parenti,

Vsq; adeo in dubia conditione, fuit.

Singula



Singula cum tenerae sunt luxata ossa puellae,

Nec minus ac matri mors metuenda fuit.

Sed data uiua fuit. Mater quoque uiua superstes,

(Fac Deus ut longum uiua super sit) agit.

Adde salutari gnatam baptis mate tinctam

Non cessaturis participasse bonis.

Ergo queri uobis quicquam fas esse negatum?

Filia nata fuit, purificata fuit. (lum

Iamque adeo, hebdomades postquam sex uixit ad il-

Qui dederat uobis hanc, redit illa Patrem.

Inter & angelicas colludens fulgida turbas

Quo careat toto cernit in orbe nihil.

Tunc celebrabatur conuerso lux sacra Paulo,

Anna solo repetit quando recepta polum.

Anno

1580.

Ardua cur igitur tristi suspiria corde

Ducitis, inque genas plurima gutta cecidit?

Fallor? an est nostri iustissima causa doloris

Dicitis, est lachrymas causa cedere potens.

Cum cita finiret labentis tempora uite

Horrida per biduum multa in agone tulit.

Que meminisse fugit mens, dicere lingua recusat,

Hæc nobis luctus causa frequentis adest.

Et licet in luctu superauit spiritus ista

Equæ egra ad cœli carne uolauit opes,

At desiderio nata tamen usque teneri,

Et cruce de tanta multa putare, dolet.

Hic uerò Isaiæ exemplo monstrat aperto,

Qua dolor hic uinci conditione queat.

H 5

Namque



## Epitaphia.

Namq; sua postquam tamulasset funera prolis  
Ingreditur Domini templa sacrata Dei.  
Atq; Deo grates pro fausto soluit agone,  
Commendatq; illi seq; suosq; Patri.  
Vesteq; mutata, reficium potuq; ciboq;  
Eq; fame & longa languida membra siti.  
Officijq; sui partes perpendit obitq; :  
Inq; sua peragit, quæ peragenda domo.  
Proponitq; suo solamina talia cordi,  
Quæ repetit crebro, qualia, verba, docent.  
Non retrahent è morte meum ieiunia natum,  
Non lachrymæ, macerans non mea membra do-  
Nec, si forte queat, coelestia linquere natus (lor-  
Limina, & in terras has rediisse velit.  
Quum sequar, & iuxta natum mea membra repo-  
Inq; ferar nitidi pulchra theatra poli. (nam,  
Talis ibi iunget nos consuetudo per avum,  
Cuius deliciae sine modoq; carent.  
Defunctos ita fieri pium est, ne munere nostro  
Desimus, ne spes perdita nostra cadat.  
Hæc ut Erasme tibi solatia nota: ita certa  
E monitis coniunx noverit illa tuis.  
Finge tibi è dulci blandissima gaudia nata,  
Si votis possit vivere salva tuis:  
Non sunt, quæ fingit constantia gaudia mundus:  
Quæ citò vaneſcant gaudia mundus habet.  
Iam vixet in cælo non deperitura vicissim  
Gaudia. Quàm fœlix cœlica civis agit?

Ergo



Ergo quid hæc mœsti plangatis vt aspera vobis  
 Fata, sed ab gnatae prosperiora, iuuat?  
 Præmissam in cœlo demum maenietis, ut illæ  
 Perpetua adiunctis gaudia semper eant.  
 Interea vestros quoties perstringit ocellos  
 Iocunda absentis formula filiolæ:  
 Dicit: Non ad nos ò filia chara redibis,  
 Iungendos rapiet nos Deus ipse tibi.

E P I T A P H I V M.  
 ANNÆ D. M. ERASMI  
 HEVGELII FILIOLÆ.

**H** Eugelij duro vix edita filia partu,  
 Anna vocata, sacro fonte renata fuit.  
 Cumq; quater tenas, et tres blandissima lucas  
 Vidisset, vitrix duro in agone cadit.  
 Principium vitæ durum, mors durior illo:  
 Si vis, ne finem negliges, ritè mori.

Nata 14. Decemb. Anno 1579.  
 Obijt 25. Ianuarij Anno 1580.

Epita-



EPI T A P H I A.  
EORVM QVI IN PRÆ-  
FECTVRA ARTERENSI PIÆ  
*defuncti sunt.*

EPI T A P H I V M.  
D. M. IOHANNIS BENE-  
DICTI, DECANI, ET PASTO-  
*ris Arterensis.*

Apoc. 14 **I**N Domino, si sunt Benedicti, qui moriantur,  
Iohannes verè tu Benedictus eris.  
Ereptusq; malis & curis omnibus almæ  
Mollia tranquillus tempora pacis, agis.  
Et te plena piæ fidei tua facta sequuntur  
Victuroq; tuum nomen honore vehunt.  
Nam tua clausisti constanti pectore fata,  
Et veri firma cognitione Dei.  
Experta assiduos experta Arterna labores  
Urbs vehit, utq; decet, nobilis aula vehit.

EPI T A P H I V M.  
D. M. GEORGII BIBE-  
RI ISLEBIENSIS PASTORIS  
& Decani Arterensis.

**A**rtis amans, pietatis amans Bibere Georgi,  
Atq; idem priscae simplicitatis amans,

Dum



## Epitaphia.

55

Dum sæua Artrensi pestis grassatur in vrbe,  
Te quoq; lethali est mors petere ausa manu.  
Ausâ repellebas cuius quod vindice Christo  
Fretus, & illius totus amore flagrans,  
Nunc demum in cælo scælici numine viuus  
In Christo moriens q; videt omnis homo.  
Et tua ob ingentem saluæ pietatis amorem  
Fama diu vires est habitura suas.  
Rotha tibi semper memor, & slebiumq; fauebit  
Patria, & vrbs vrna quæ tua membra tegit.  
Scilicet his viuus studiumq; fidemq; probasti  
Tradendo sancti dogmata sancta Dei.  
Obijt 16. Octob. Anno 77.

E P I T A P H I V M.

D. GEORGII OESTER-  
REICH PASTORIS IN  
Catharin Rieth.

**H**Ac parua condor post fata Georgius vrna,  
Occurrere mihi quæ varia, Austriacus.  
Pastoris iusta munus ratione potitus,  
Qua decuit sanctus sedulitate sui.  
Omni Patris docui saluantia verba potentis,  
Hisq; Deo gratos quæ facit esse fidem.  
Quæ dum contrito languemus corde, benigno  
Se statuit certò posse placere Deo.  
Hæc huius saturum vitæ, saturumq; malorum  
Aëreos præstat nunc habitare thronos.

Vita



## Epitaphia.

Vita vale densis quæ facta subinde periculis  
Certa doloriferi causa laboris ades.

Vita beatificæ dulcis scaturigo salutis  
O finis cuncti vita doloris, aue.

Hærenti in Christo portuq; aurâq; salutis,  
Mors maledicta mihi, sors benedicta fuit.

Obijt Anno 730

### EPITAPHIUM.

MARGARITÆ CON-  
IUGIS D. GEORGI REISS,  
tunc scholæ Arterensis gubernatoris,  
nunc Pastoris Besensted.

**O**Mnis homo morti licet est obnoxius atræ  
Membra gerens Stygio discrucienda Cani:  
Qui cœleste tamen sincero pectore Verbum  
Arripit, & firmo fudit amore Deo:  
Non illi vis sæua necis, nec auara nocebunt  
Tartara, non Stygij faux truculenta Canis.  
Namq; Dei Verbum, totus cui credit, in æuunâ  
Constat, & innixos non perijsse sinit.  
Sed facit esse Deo similes, cœloq; locatos  
Cœlesti illustres esse nitore iubet.  
Margaris hoc Reissi coniunx meditata Georgij  
Qui studijs format corda tenella bonis,  
Christe, ait, hanc animam clementi protege dextra  
Nec sine perpetuæ succubuisse neci.

Nam



Nam tua sanarunt me uulnera, mors tua vitam

Nam mihi constantem iusticiamq; dedit  
 Illa spondisti veraci voce: quid essem

Ni cæli consors læticiæq; forem?

Viuo tibi moriorq; tibi dulciss: Iesu,

Viuens & moriens sum maneoq; tua.

Hoc animi affectu afflatu donata superno

In morbo patiens extitit, inq; necesse.

Obijt Anno 75.

## EPI T A P H I A.

E P R Æ F E C T V R A F R I

D E B V R G E N S I T R A N Q V I L L E

in vera fide ex hac vita dece-

dentium.

## E P I T A P H I V M.

D. M. V V O L F G A N G I

G R E F I I P a s t : G e r b s t a d :

V V o l f g a n g u s t e n e r i s p i e t a t e i m b u t u s a b a n n i s

G r e f i u s , & C l a r i æ c l a r u s a b a r t e D e æ

M a n s f e l t i n a t u s , B r o n s t e t i V e r b a s o n a b a t ,

Q u æ λ ó γ o s è p a t r i o p r o t u l i t i p s e s i n u .

S a n g e r h u s æ C h r i s t i p o s t p r æ s u l o u i l e r e g e b a t ,

V n d e m a l u m d a m n a n s d o g m a r e m o t u s a b i t .

P a s t o r e m



## Epitaphia.

Pastorem petijt fidum Gerbstadia : iamq;  
E meriti terra condidit ossa viri :  
Condidit ossa : sed officijs affecta probandis,  
Huius inoblito nomen honore colet.

Obijt Anno 73. Die 14. Aprilis.

E P I T A P H I U M .

D. CHRISTIANICOE-  
LII PASTORIS IN FRIEST,  
& sex vicinis pagis.

**A**CHRISTO & nitido qui nomen amabile  
Sortitus pulchra conditione fuit, (Cælo  
Hoc Christi tumulo Janus post fata quiescens  
Cælius, in cælo gaudia vera videt.

Diuite iam Christi fruitur cœlestis amore  
Incola : nec patitur tormina sæua magis.

Est verò cœli ius hac ratione potitus  
Quod Christi meritum credidit esse suum.

Non aliud cœli meritum nos sedibus infert

In Christo quam quod percipit alma fides.

Tradidit huic sana & vicinis dogmata pagis,

Pastorem lugent cuncti obiisse suum,

Qui mitis, fastusq; expers, toleransq; laborum  
Exemplum vitæ, præbuit ipse præ.

Humanos iam quæ nunquam subière recessus,

Discit in aeterna non peritura schola.

Obijt 4. Maij Anno 79.

Epita



Epitaphia.

57

EPI TAPHIVM.

D. HERMANNI PAULI

LI VVERNIGERODENSIS,

Pastoris Müllerdorffiani.

**H**ermannus Pauli florentibus occidit annis.  
Et superæ cupidus gaudet inesse scholæ.

Inq; Dei uitam gremio, requiemq; beatam,  
Nulli ubi nulla grauis sollicitudo, capit.

O ter felices, ô terq; quaterq; beatos,

In Christo vitam qui posuere suam.

Hic quia nulla quies, quia gaudia nulla parantur

Illic tuta quies, gaudia tuta vigent.

Anno 1573. obiit.

EPI TAPHIVM.

D. IOHANNIS KLOPPER

PERI PASTORIS Møllerdorff.

**I**ohannes Klopffere pio sate patre, pijq;  
Moribus insistens non sine laude patris.

Ereptus nuper pueros è mole docendi,

Gerbstadij paruo quâ schola structa gregi,

Eriperis Christi cœtus è mole docendi

Quando tuam penetrat pestis iniqua domum.

Eripitur tecum tua dilectissima coniunx

Quatuor & socio pignora nata thoro.

Sors eadem eripuit fratrem satis aspra Philippum

Hônstet i qui cum coniuge, prole, iacet.

1

Erepti



## Epitaphia.

Erepti mala non truculenta videbitis, in nos  
Quæ ventura dies irruere atra sinet.

Scilicet hæc verbi contemptus, & illa merentur  
Crimina, quæ renuit lingua pudica loqui.

Sed tamen his etiam nos eripiemur & vni  
Stabimus ante vnum speq; fideq; Deum.

Obijt 22. Octob. Anno 1577.

### E P I T A P H I V M.

D. GREGORII SCHLEVS-  
NERI PASTORIS Ilewitzens.

**G**regorius binos Pastor Schlcusnerus ad annos  
Ilwicij octauo promptus Aprilis obit.

Pascha erat. Ille, nitet dum lux exorta secunda,  
Officium sacra tractat in æde pium.

Et multo sentit quassari membra dolore,  
Et sua festina pectora labe peti.

Crura dolere, algere manus, oculos hebetari,  
Ardorem versa frigus obire vice.

Seq; domum rediens strato declinat, & inquit,  
Iam vitæ finem non procul esse suæ.

Indubiaq; fide votis ardentibus instans  
Intrare in coeli tecta beata cupit.

Ose. 13. O mortis Mors certa meæ, Inferniq; venenam,  
Inferni lesu victor ouansq; necis.

Ose. 6. Tu me sic laceras, hæc tu vahi vulnera figis:  
Tu me sanabis restituesq; tuum.

Tu, licet



# Epitaphia.

58

Tu, licet abstruso condan. mea membra sepulchro,  
 Me tibi surgentem viuere & esse fines.  
 Tunc ego perfectè toto te corde notabo,      22  
 Qualis es & penitus tunc mihi notus eris.      22  
 Tu perripisti per Auerum & spicula Mortis,      Mich. 2  
 Victor per superas v. q; redi. q; de mos.  
 Te via aperta mihi duce & auffle. Mors & Auer,      22  
 Non possunt vincti me retinere suis.      (rus  
 Perrun pam ipse tua virtute, arcesq; rideto,      22  
 Quas reserasti prauis, athercas.  
 Meq; tua iungens assertis morte, sonora      22  
 Te cum Patre tuo & Pneumate, voce canam.  
 Me perimas? Christi Mors te victoria sorpsit:      1. Cor. 15  
 Mors stimulo, tu vi tristis Auerne caris.  
 Non rigida vobis me dat sententia legis:      22  
 Propter enim Christus crimina nostra luit.  
 Munere de Christi victor sum Mortis & Orci,      22  
 Munus in oblito guttere tale feram.  
 Non moriar vitam in medio nanciscar agone,      Psal. 111  
 Et Domini nemun tempus in omne ueham.  
 Sic orans, figit dum Spiritus vltimus ore,      22  
 Tra nsegit noctes quatuor inde cadit.

Feria secunda Pasche in templo  
 suo fungens ministerio, præter ex-  
 pectationem aduersa valetudine af-  
 fectus, quarto die morbi, s. April.  
 post horam 4. matut. obit Ann. 80

12

Epita



# Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

ANNÆ, D. SAMVELIS

HOEHE N PASTORIS IN HEI-  
ligenthal coniugis.

**A**Nna pio coniunx nimum dilecta marito  
Deserit, hei tristi funere rpta, solum,  
Filiolas iuxtaq; duas totidemq; puellos  
Mortua nunc placido membra sopore leuat.  
Qui quondam thalamo mensis sociavit amico,  
Augustus casto hanc nunc rapit ille thoro.  
Octodecim coniunx discrimina vicerat annos  
Plurima, dilecti fida columna viri.  
Christophorum natu grandem, Mariamq; minorem  
Pignora cui socij liquit habere thori.  
Antea quam fato occumbens occlusit ocellos  
Davidis psalmos, has repetitq; preces:  
Nemo sibi viuit, moritur sibi nemo, sed omnis  
Tum Domino uiuit, tum Domino moritur,  
Viuius aut morimur, Domini sumus: ille subiuit  
Mortem, & post mortem uiuida membra gerit.  
Solut arbitrio vitam mortemq; gubernet:  
Huic credens vitam perpetuam vsq; tenet.  
Non insunt alij caelestis dona salutis,  
Perpetuae vitæ iura nec alter habet,  
Non aliud nomen nobis sub sole tributum est  
In quo sperari vitaq; paxq; queat.

De



# Epitaphia.

59

De Christo verax omnes sunt turba Prophetæ  
Testis, Apostolici nec minus ordo gregis,  
Quod quisquis fido se corde reponit in illum  
Speratam ueniam criminis omnis habet.  
Tam Deus ardenti mundum complexus amore est,  
In mortem ut natum traderet ipse suum.  
Hoc quisquis credit nunquam moriturus in æuum  
Iudicio liber, pace beatus aget.  
Tu quoq; vera mihi Iesu mitissime vita es,  
Mors mihi facta tuo sanguine dulce lucrum.  
Cum mea lingua silet, mea spes sis unica Christe,  
Auribus obtusis, tu mea corda doce.  
Cum mea mors acri pungit præcordia morsu,  
Tu mihi solamen, tu mihi robur ades.  
Cum toruim spectant oculi lumenq; relinquunt  
Te Duce mors vitam finiat atra meam.  
Tunc placidum aduortens vultum frontemq; sere-  
Hanc animam dextra suscipe Christe tua. Enas  
Vulnera tu pro me passus mortemq; cruentam,  
Perpete ne mea me crimina agone premant.  
Hæc ut tot accusans faciat ter maxima Dæmon:  
Non hoc conuinci me tamen hoste fines,  
Quin verò exemptæ Stygij defaucibus Orci  
Solamen verbi suffice dulce tui.  
Vnde meum quouis purum se crimine discat  
Pectus, & adsuescat sponte sinistra pati.  
Ab age pertasam dimitte è carcere mundi,  
Infer & angelicis Frater amice choris.

Vt



## Epitaphia.

Vt tua solenni decantem nomina laude  
Vita vbi perpetuis tota referta bonis.  
Christe Deus verax, dura tibi morte redemptam  
Hanc animam, manibus suscipe quaeso tuis.  
Tu mea post vitam hanc reuocabis membra sepul-  
Vt superæ ciuis sim maneamq; domus. (chro.  
Fœlix, quæ potuit toto de pectore Christum,  
In prauo summum diligere orbe bonum.  
Nomine tu veró Samuel et munere Celse,  
Pone modum lachrymis, cedere disce Deo.  
Inuenies celso præmissam in culmine cœli,  
Ipse vbi cœlesti in vortice celsus eris.  
Excessi sancta, tantum modó nomine, valle  
Quam mala contigua plurima sorte grauant.  
Nunc sanctam verè, tam re quam nomine vallem,  
Elysi campos, arua beata, colo.  
In vallem veni tenebrofa è valle nitentem,  
In summa è summa gaudia tristitia.  
Et sanctos inter cunctos, oblita malorum  
Intueor, sanctos qui facit esse, Deum.  
Haud sum plena magis magno misera Anna periculo  
Hanna sed immenso plena fauore Dei.

Obijt 26. Augusti Anno 77.

Epita-



EPITAPHIUM.  
 GEDEONIS FILIOLI  
 D. BARTHOLOMAEI VOGELI  
 Pastoris in Fiensted.

Qui sacra diuini pandis mysteria Verbi  
 Religione pia, sedulitate pari,  
 Finsteti, & quos hic monstrat vicinia, pigis,  
 Bartholomæe, tuæ nomine gentis, Aus, (clarus  
 Quo poterat GEDEON quondam tuus indole  
 Esse, probanda satis iam documenta dabat.  
 Cùm puer egressus sextum pulcherrimus annum  
 Discebat studijs inuigilare sacris  
 Iamq; catechesin totam, recitabat ad vnguem,  
 Aurea scripturæ multaq; dicta sacre.  
 Iamq; annis vna crescebat & indole, sancta,  
 Non minus, atq; Deo charus in orbe bonis.  
 Quam mens leta tibi? quoties pia verba piâsq;  
 Audisti hunc tenera voce iterare preces?  
 Et cui displiceat vox, qua laudemq; parari  
 Et decus affirmat conditor ipse sibi?  
 Hic ut ad æterni faciem stet in arce Parentis  
 Sydereæ, hunc plena laudis & ore vebat,  
 Iussus ab hoc, nigræ telluri reddidit ossa,  
 Aethereas anima latus inire domos.  
 Lux Iacobe tibi sacra viuis abstulit atq;  
 Supplantatorem mortis ad astra tulit



## Epitaphia.

Bartholomæe doles? En quo lateris abunde  
Suppeditat nati mors inopina tibi.

•• Quid noceat? quid desit ei? quem regia cœli

•• Susceptum vera prosperitate beat.

Obijt die Iacobi 25. Iulij Anno 78.

AD REVERENDVM  
VIRVM D. IACOCVM ROEDERUM  
Pastorem Belbensem, compatrem Charissimum  
de obitu, D. M. IOHANNIS  
KRAVTII Ascaniensis,  
Alslebij in veteri pago  
Pastoris.

•• FLOS vti manē virens sub vespere falce resectus  
•• Marcet, & innatum deijcit omne decus:

•• Sic similis flori, vegeto nunc corpore viuit,

•• Viribus exhaustis nunc perit omnis Homo.

Sic homo Iohannes decessit Krautius ampla  
Excellens clari laude Magisterij:

Vtq; olim petijt socia cum coniuge lectum,

Sic iam cum socia coniunge hausta petit.

Hinc Iacobe doles, & funere mæstus utroq;

Redditus, accusas fata seuera necis.

Sed frustra. Quis enim truculenta spicula mortis

Euasit? quem non sustulit atra dies?

Corpora sic illi gesserunt debita morti

E cinere in cinerem quæ redigenda cinis.

Atq; age si longos (quod paucis euenit) annos

Exigat è multis millibus vnus homo,

Die



# Epitaphia.

61

Dic humana precor quid vita? Labor, dolor, angor, &&  
 Transitus, ærumnæ, sollicitudo, fuga. &&  
 Ergó parum leti, sed tristia multa morantur &&  
 Cœlica quos longum viuere fata sinant. &&  
 His suus aduersis frater cum coniuge fida  
 Breptus iam non vndiq; amara uidet.  
 Sæpe quid hîc pulchrum credas & suauē se& ipsum  
 Innumeris mistum mox patet esse malis.  
 Non sese in cœlo species damni exerit vlla:  
 Nunc vbi perpetuo tempore letus agit.  
 Nulla ibi nos clades, non ulla pericla molestant,  
 Materies gliscit nullaq; tristitiæ.  
 Illic intuitus summi affatusq; Parentis,  
 Infanda iustos prosperitate iuuant.  
 Illic angelicæ promptissima turba cohortes  
 Se cunctis præstant sponte ministerijs  
 Illic sanctorum sancti sociantur ad agmen,  
 Quos merito in Christi vita reperta beat.  
 Illic fas, iterum fratres gratosq; parentes,  
 Cernere, & affines sanguinitate, pijs.  
 Illic arrident noua cuncta creata benignè,  
 Collocat in cœli quos Deus ipse thronum.  
 Hæc Iacobe frequens reputa Rœdere, colende  
 Compater, & fratris semper habende loco.  
 Et grauis ex bino conceptus funere luctus,  
 Quem genuina tibi suadet amicitia,  
 Mitescet tandem: sed, quò testeris amorem,  
 Aut hoc aut alio carmine busta nota.

Epitaphia



# Epitaphia.

E P I T A P H I V M.

D. M. IOHANNIS KRAV-

T H I vna cum coniuge sepulti.

**A** Scania genitus Iohannes Krautius vrbe  
Huc, cum dilecta coniuge membra locat,  
Pieria doctus celebratus ab arte Magister,  
Stant vbi Leucorea pulchra theatra scholæ.  
Alslebij Christi mandatam sanguine plebem  
Cœlestes monuit quærere doctor opes,  
Filius ipse Dei roseo quas sanguine fuso  
In recava cœli sede parauit, opes.  
Has caperet quò Ianus opes: En ianua seuo  
Impete funestæ mortis aperta fuit.  
Sed velut in mundo sociæ discrimina vitæ,  
Cum sociæ, quin & coniuge, lata tulit:  
Sic nec opes solus cœlestes ambit, ad illas  
Cum sociæ coniunx coniuge latus adit.  
Vna dies thalamo sponsos sociavit amico,  
Multa vna iussit quærere mente polum.  
Vna dies mortem dedit, altera vtriq; sepulchrum,  
Vt salui surgant ultima vtriq; dabit.  
Tunc, vti uere nouo languens suppullulat herba,  
Exurgent viuum germen vterq; Dei.  
Et capient hilari viuaces pectore quas non  
Fur rapit, & quas non tineæ rodit opes,  
Carpite cœlestes & opes & gaudia summa  
Mirificè positi scemina virq; loco.

Viuite



# Epitaphia.

62

Vivite tranquilla iam conditione beati  
Oraque ad aetherei ludite blanda Patris.  
Aspera nos vero terrestria mille feremus,  
Donec nos vobis aggreget ipse Deus.

Obierunt 17. Septemb. Anno 770

Etsi hic D. M. Krautius vixit in Diocesi  
Hallenst, uolui tamen ipsius hoc loco mentionem fa-  
cere, quia olim scholae Islebiensis alumnus fuit, &  
se se nobis confessionis societate, tum multa familia-  
ritate Pastoribus huius praefecturae, quorum uici-  
nus plurimis notus fuit, coniunxit: et me amici opti-  
me erga me olim affecti memoriam seruare decet.

E P I T A P H I A

P A T R I F I L I O E T G E -

N E R O D. I O H A N N I S Z E L -

K I I Pastoris, concionatoris auli-  
ci & Decani.

I N P R A E F E C T V R A

B O R N S T E T E N S I scripta.

P A T R I.

I O H A N N I Z E L C K I O

I N P R A E F E C T V R A L E I M B A -

chiana quondam Iudici.

**L** Eimbachij natus Iohannes Zelkius, egi.  
In patria uita tempora cuncta mea.

Bis



## Epitaphia.

Bis coniunx, genui ter pignora quinque, nepotes  
Etque horum vidi sanguine progeniem.

Non mihi tarda fuit fodientis dextra metallis:  
Quarendi victus hac via iusta mihi.

In peius vidi mutari plurima: sed quid  
illa iuuat maestis enumerare modis?

Iusticiam electus dilexi prator, ad illam  
Cura mihi causas composuisse fuit.

Nec tamen inuidiam falsorum euadere fratrum,  
Vindice sed potui letior esse Deo.

Octo bis egressus lustra, et tres insuper annos,  
Postrema Aprilis luce tegebar humo.

Annus tunc ibat, ter centum, ter quoque quinque,  
Qui facit à cunis, integra lustra, Dei.

Spes viuentis erat Christus pro crimine mundi  
Mortuus hic solus spes morientis erat.

Nunc mundo ablatas, caelestia gaudia, Christi  
Gaudia possideo non adimenda sinu.

Leimbachij obiit vlt. April.

Anno 1575.

### F I L I O.

Patri et auo ὁμωνύμω etc.

**N**omine Iohannes referens animoque parentem  
Hoc sua deposuit Zelcius ossa solo.

Tredecimum vitae non dum compleuerat annum  
Cum placido Alsteti stratus agone cadit.

A cunis pietatis erat studiosus et artis,  
Inque sui promptas crescere vota patris.

Ian q;



Iamq; Catechesis fundamenta iecerat alma,  
 Iam poterat Latio reddere verba sono.  
 Sed nunc mortali soluit sua debita vitæ,  
 Vitam immortalem nactus agitq; fide.  
 Nam pater altitonans ut cætera disceret, illum  
 Discipulum summæ legit habere schola.  
 Inter ibi sanctas animas cætusq; perennis  
 Angelicos hilari concinit ore Deo  
 Alsteti obiit 19. Octob. Anno 77.

## AD PARENTEM.

Sap. 4.

**S**i prope iustus decedet morte peremptus,  
 In refrigerio, quo releuetur, erit.  
 Non Deus ex annis senium metitur, at illos  
 Canos, qui sapiunt sancta & honesta, uocat.  
 Qui sapit hæc illi placet, ereptusq; malignis  
 Intrat, ubi resonat nil nisi sancta, loca.  
 Hic mala corrumpunt rectos consortia sensus,  
 Fascinat hic animas dogma piæq; malum.  
 Hic exempla probos possunt abducere rectis,  
 Nec raro prauis implicuisse bonos.  
 Nanq; utero nobis materna innata uoluptas  
 Nititur innocuis cordibus esse nocens.  
 Non caret hoc igitur iactura uiuere in orbe:  
 Negligere æternas hic facile est & opes.  
 His tuus exemptus Iohannes Iane periculis  
 Zelki, iam nil quàm sancta & honesta uidet.  
 Perfectum



## Epitaphia.

Perfectum placitum. q; animo fidente Tonantis  
Extinctum citius nil dubitato nece.  
Ergo Deo te s; fonte Patri submitte, tuisq;  
Da lachrymis finem lene, nihilq; dole.  
An doleas meliore loco iam uiuere gnatum  
Hic quem uexasset fors inimica diu?  
An doleas uicijs non posse illabier ultra?  
Hic omni poterat qui perijsse die.  
Quam facile est hominem patrato crimine tetro  
Numina supremi laedere sancta Patris?  
Felix cui uiridi caelo migrare iuuenta  
In Christum uera speq; fideq; datur.

GENERO.

BALTHASARI VOIT  
cui Alstetensi.

**I**ane tuus Zelki gener hic pesti funera dormit  
Balthasar insigni uicinis honore grauis.  
Alstadium ciuem, generum tua patria luges  
Cura, uidens gnatae fata gemenda tuae.  
Ne luge. Pater hanc uiduarum proteget ultrò  
Ipse Deus. gnatam linquere tunc queas?  
Cui pater ipse Deus, cui tu pater: Illa profectò  
Augmentum lucus sustulit omne tibi.

Obijt Alsteti 22, Octob. Anno 77.

In symbo-



Epitaphia.

64

IN SYMBOLO V M D.

IOHANNIS ZELKII, LABOR  
ET DOLOR.

**V**ita quid hæc ? duro sese marcerare Labore,  
Corporis & vires attenuare sui.

Vita quid hæc ? curis nil proficientibus анги,  
Vnde, animo gemitus multiplicante, Dolor.

Multorum vita hæc sinuosa palestra malorum  
Cumq; labore dolor, cumq; dolore labor.

Vita alia à quouis liberrima corda dolore,  
Corporis à quouis membra labore dabit.

Ecquid ad hanc cupidum monstras te uergere, cuius  
Symbolon hoc : vita hæc est Labor atq; Dolor.

Illam expectantes Zelki dilectæ, colamus  
Constantem fidi semper amicitiam.

Expuit illa odio flagrantes : excipit almam  
Testantur puro quotquot amore fidem.

E P I T A P H I A.

E P R Æ T E C T V R A S E

B V R G E N S I P E R M O R T E M  
in æternam vitam translatorum.

E P I T A P H I V M.

D. A M B R O S I I H O F-

M A N N I N E O P O L I T A N I A D  
Orlam Pastoris in Volckmaritz.

Lux sacra Baptistæ ingrato te cedere mundo

lūsit, & ad superos te sociare choros,      Am



## Epitaphia.

Ambrosi ingressus uix lectum Hoffmannæ iugalem  
Qui pateris, quinto post, tua fata, die.  
Infoelix ff onsus mundi si gaudia ff ectes:  
Felix qui Christi sponsa perennis eris.  
Lux eadem ante annum Baptista sacra, tibiq;  
Et mihi, pastoris nomen utriq; dedit.  
Mencelius sacram sanctus dum præsul ad aram  
Ardua pro nobis uota precesq; facit.  
Et capiti imponit dextram imponitq; fideli,  
Officij partes, pectore & ore, grauis.  
Baptista exemplo nos ut taxemus iniqua  
Facta, quibus petulans orbis ubiq; furit,  
At resipiscentes moneamus abire malignis,  
Et studio iusto cepta probanda sequi,  
In Christi ueniam delicti sanguine cuncti  
Sperare, & celsos patria regna polos.  
Signemusq; sacramentis ff em firmiter istam,  
Lucremurq; Deo his pectora mille modis.  
Tu sacrosancto perfundus munere, cœlum  
Incolis & pendes lætus ab ore Dei.  
Te sequar ipse lubens quam primùm fata uocabunt,  
Qualibet hac hora cedere promptus humo,  
Interea fidus cœlestia iussa faceffam:  
Tu modò præfenti numine Christe faue.

Obijt Die festo S Iohannis  
Baptista Anno 75.

Epitaphiam



Epitaphia.

65

E P I T A P H I V M.  
D. GEORGIANI

Past: in inferiori Ristorff.

**D**octus eras, facundus eras, mi xane Georgi,  
Exilium Christi nomine passus eras,  
Hinc ea te, quæ iam cernit tua busta, vocavit  
Concio, et intentum vidit in officium.  
Aurea quo rectam rutili ad fastigia cœli  
Monstrasti sacra prouidus arte viam.  
Momentum dormi, præsens est hora, resurges  
Splendore ætherio glorificandus homo.

Anno 76. Obijt.

E P I T A P H I V M.  
D. M. SEBASTIANI  
SCHOEPPERI Past: Hönstet.

**H**ecstadij natus Schöppero patre Sebastus (hito  
Consule, non humili sanguine stemma tra  
Cœlica commissos ducens ad pabula cœtus  
Sedulus hac Christi pavit in æde gregem.  
Æternaq; uigil pro prosperitate, luporum  
Fortis ad incur sus quoslibet ille fuit.  
Nunc anima in cœlo sanctum translatus ad agmen  
Obuia diuinæ munera lucis habet.  
Corpore, quam cernis, positus requiescit in vrna,  
Et desiderium liquit in orbe sui.

Anno 77. Obijt.

K

STEOSIA



# Epitaphia.

ἘΠΙΘΑΦΙΑ.

## DE OBITU D. IOAN- NIS HEREBORTI PASTO- ris Besenstedensis.

Post sua Iohannes Herebort vs fata relinqvens  
Ossa Besensted!, sy Dera Mense s'v bit.

EPITAPHIUM.

## D. PAULI REGII PA- STOR: IN BESENSTED.

**P**Aulus in hac dormit post vltima Regius Vrb<sup>o</sup>  
Fata, pium quondam pulsus in exilium.  
Vnde Besenstadium mysteria tradere Christi  
Accitus, magna tradidit illa fide.

Voce graui clarus Pastor, nec pectore paruo,  
Quamlibet exiguo corpore paruus erat.

Regia nunc illi coelestis panditur, alto

Regius in caelo quam bene Paulus ouat?

Disce pati, duram sortem contemnere disce,

Venari superas et studiosus opes.

Arte sed haec nulla nisi Christi sanguine parta

Credenti cuius distribuuntur opes.

Illius in meritum quisquis confidit, Olympi

Hares, Rex a quo perpetuo summus aget.

Quam bene Soteris paulo lux orta? fidelem

Seruauit et Christus ubiq; suis.

Seruauit



Scruiat media in vitam de morte locando ?

Serua nos simili maxime Christe modo.

Obijt die Soteris 22. April. Anno 79.

E P I T A P H I V M.

VRSVLÆ CONIVGIS

D. IACOBI FRANCI PASTO-

ris in Schochwitz.

**P**vlchra thori consors Iacobi hic Vrsula Fran-  
Et virtute nitens, & Pietate, sita est. (ci

Solliciti duro partus exhausta labore

Iussa fuit celeris carpere mortis iter.

Quatuor illa prius natos enixa, puellos

Tres : quartum parit, & languida deinde perit.

Cœpit hic in sacro Iohannis flumine nomen

Et matrem nona luce secutus, obit.

Hinc animo viduus tristi querulatur, & agram

Soletur mentem qua ratione, videt.

Ingeminat tales dum corde & gutture voces,

Quales, quæ vidua est, turba iterare solet.

Qua cum dulce fuit mihi vivere, qua sine, restant,

Quæ viuenda mihi tempora, tristis agam.

Quæ (velut Abrahamo clarissima Sara) marito

Semper parebas officiosa mihi,

Deseris heu miserum, viduo scelicitior vxor,

In tam difficili me statione virum.

Dulcis amor, suavis coniunx, me deseris ? & me

Vis sine cœlestes inter ouare choros ?

K 2

In cassum



## Epitaphia.

*Incaſſum queror, ad tempus data, rurfus ad illud  
Qui dederat, terræ mole ſepulta, redis.*

*Chara vale coniunx, & tu belliffime fili,  
Ardoris gemitus noſcite ſigna mei.*

*Me vobis reddet, mihi qui vos abſtulit, ecquid  
Eſt, q̄ is imperio non regat ipſe ſuo?*

*Reſtituet lumen vobis & lumini vſum,  
Qui tenebras veſtri vidit amore Stygis.*

*Obijt in puerperio Anno 1576. die 3. Iulij.*

*Die verò 12. Iulij Iohannes filiulus.*

### EPITAPHIUM.

## CHRISTINÆ FILIO-

*la D. Iacobi Franci.*

**M**olliter hic recubans Iacobi filia Franci  
Christina, in Christi mente triumpho manebat

*Annus erat vitæ ſpaciū: Septemq̄; decemq̄;  
( In mundo licuit dum ſupereſſe ) dies.*

*Afflicto Februi me ſeptima depulit orbe  
Lux, in ſydereas reſtituitq̄; domos.*

*Obijt Anno 1573. die 7. Febr.*

## IN PRÆFECTURA

**SCHRAPELENSI, PASTORIS**

*Hornburgenſis D. Iacobi Liebenplacide mortui.*

**H**ic Iacobe iaces Agapete ſepultus, vt acris  
Supplantasti agram victor quando necem.

*O vere*



# Epitaphia.

67

O vere dilecte Deo, victoria talis  
Nam tibi diuinum non male cessit opus.  
Corpore paruus eras, non pectore: pectore magno  
Monstrasti verbi dogmata pura Dei.  
Grata tuos multum reputans Hornburga labores  
Optabit cineri molle cubile tuo.  
Tu quoq; sed presso tractatus nomine, passus  
Es Manichaeorum futile scomma gregis.  
Cum tribus at natis, cum natabusq; duabus,  
Post data naturæ debita tutus eris.

Obyt 6. August. Anno 77.

EPITAPHIA  
IN PRÆFECTURA  
RAMMELBURGENSI PER  
mortem in vitam transeuntium.

EPITAPHIUM.  
ANNÆ CONIVGIS  
D. ANDRÆ PARADISI ELRI-  
chensis in præfectura Rammelburgensi Deca-  
ni, Past. Fristorff.

ANNA LOQVITVR.

Andrea, qui Christe tuo præfectus ouili  
Monstrat in irriguis pascua grata locis,  
Anna thori consors Paradisi prima vocabar  
Saxo, pia præstans virgo pudicitia.

K 3

Mille



## Epitaphia.

Mille  $\text{C}^{\circ}$  quingentos quinquagintaq; duosq;  
Annos est Christi, cum numerare datum.  
Ne mea polluerem de formi crimine corda  
Quod grauis offensi numinis ira quatit,  
Ad præcepta Dei puram cum coniuge vitam  
Elegi socio ducere casta thoro.  
Ornaui septem nostrum fœcunda cubile  
Natis, natabus nec minus aucta tribus.  
E quibus vnus adhuc gnatus, gnata vna, supersunt,  
In cœlo reliquis est superesse bonum.  
Sedecimum thalami, postquam contingimus, annunt  
Qui sequitur, mortis spicula læta tuli.  
Nam mihi contemptrix vitæ mens creuit manis:  
Et gauisa aliam tota videre fuit.  
Hancq; adeo inueni, est autor mihi cuius Iesus,  
Hic via sperandæ sola salutis erat.  
Sum matronarum nunc agmina sancta beatæ  
Inter honoratos nobilis vmbra choros.  
Vxoris tenui positæ tellure maritus  
Mortua conspergit fletibus ossa pius.  
En, mors vxorem eripuit licet improba, nunquam  
Eripiet fidi cordis amiciciam.

Anna Sachsen D. Andreae Paradiso con-  
pulata Hatzgerodæ, Dominica 1. Trini-  
tatis Anno 52. Et enixa, dum vixit con-  
iunx Deo benedicente, 7. filios, 3. filias,  
piè mortem obit, Anno 63. die 26. Octo.

Epita-



Epitaphia.

68

EPITAPHIUM.

MARGARITÆ, SECVN

DAE D. ANDREAE PARADISI

DISI vxoris.

ANDREAS ITERVM VI

duus loquitur.

**M**argaris ô thalami consors dulcissima nostri  
Tam citò qd nostram linguis adempta domũ

Heu, quàm tragicum præstat mihi mors tua luctũ

Hæc mea quot tecum vota sepulta tegit ?

Viuebas semper pietati dedita, sancta

Hinc tibi cor plenum religione fuit.

Et, quæ scemineum decorant virtutibus agmen

Aucta verecundè vita pudica fuit.

Vt precibus castis noctesq; diesq; vacabas

Orans a summo mitia fata patre ?

Quàm bene depingi vxorem testudine credo ?

Talis erat propria nam tibi cura domus.

Quàm tua, tam primi curabas pignora rectè

Coniugij, mater, nulla nouerca, meis.

Non animi Pietas, non puræ gloria vitæ,

Viuat vt hic, corpus surripuere neci.

Eua sed hoc morsu Paradiso effecit in ipso,

Hoc casu infœlix vt Paradisus agam.

Te mandante Pater, Deus optime maxime, nostro

Discedit coniunx officiosa thoro.

Quam mihi post remi reddes in luminis hora

E tunculo faciem surget vt ante tuam.

Da



## Epitaphia.

Da Deus ut placitoq; tuo factoque quiescam,  
Qualibet ad nutum, stantq; caduntq; tuum.  
Tu vero, mesto qui par es nomine, patrem,  
Fili, soleris, filiolaq; duæ.  
Discite filiola matris retmeteque cultus,  
Tu fili studio dedite patris agas.  
Tuq;, cui dulcis Deus abstulit vbera matris,  
Sugenti lucas vbera chara decem,  
Fili, baptismi sacro cui flumine loto  
Grata Dei nomen gratia dulce dedit,  
Nunc sustentandus peregrino lacte, superstes  
Sis suavis vitæ tu mihi porrò meæ.  
Tu verò coniunx Paradisi, nunc Paradisum  
Ingressa, absq; omni fine beata, cole.  
Scilicet illa meam spes erigit unica mentem  
Quod iam coelestis te Paradisus habet.  
Mors vt enim pectus morbo tentabat acuto  
Infesta affligens languida membra lue  
Firmabas sacris agram certissima mentem  
Dictis, saluifica iustificata fide.  
Migrantemq; animam optabas rutila astra subire  
Exceptam Christi cunctipotente manu.

Margarita Webers secunda coniunx  
D. Andreae Paradiso copulata 30.  
Ianuarij Anno 1569. mater duorum  
filiorum Andreae & Iohannis toti-  
demq; filiarum obiit vndecimo à puer-  
perio die, 6. Martij Anno 76.

Epita



EPITAPHIVM.  
 FILIOLI D. ANDREÆ  
 PARADISI EX SECUNDA  
 Coniuge primi, patri ὁμωνύμου.

FILIUS LOQUITVR.

**I**N vitam mors quæ coelestem porta piorum est,  
 In media quibus est viuere morte fides,  
 Hac me mortali exemptum de carcere vitæ  
 Cœlesti in vita cogit habere locum.  
 Hic Paradise tuus Paradisum filius altum  
 Incolo, delicijs laticiaq; fruor.  
 Præsenti præsens puer hic oblector Iesu  
 Hac qui veridico gutture uerba dedit:  
 Ne pueros ad me prohibete venire, negatur  
 Aeterna pueris morte perire pijs.  
 Illorum propria est supremi regia cœli,  
 Sanguine fidentes quæ manet emptæ meo.  
 Me constante fide pueri, me pectore puro,  
 Infandi sceleris nescia turba, colunt.  
 Quam posui uitam reddet mihi Christus: in illum  
 Confidens, cessa chore dolere, pater.

Natus 12. Decemb. Anno 1569. Obijt  
 16. Nouemb. Anno 1577. cum serè im-  
 pleuisset annos octo.

K S

Epita-



## Epitaphia.

### EPITAPHIVM. VRSVLÆ FILIOLÆ

D. PAULI HOFMANNI EIS-  
feldensis, Pastoris Aberodensis.

**H**oc Paulus ponens Hoffmannus membra sepul-  
Extinctæ moestus frigida filiola, (chro  
Vrsula, dicebat, mihi periucunda voluptas  
Nata, sed & matri, filia dulcis, eras.  
Illwizij tunc cum cogebar talia, quæ iam  
Mens reputare fugit, dicere lingua, pati.  
Hinc Aberoda tuos morbo depascier artus  
Atq; anima vidit deficiente mori.  
Ex illo quintus nunc labitur annus: at illa  
Gaudia nunc tecum mobilis aura tulit.  
Te suadet Pietas ut patria cura requirat:  
Ut redeas prohibet dextera tuta Dei.  
Hac suscepta vides iam nil nisi læta: molestis  
Amplius & non es sollicitanda malis.  
Te moriens niti lo reuidebo locandus Olympo:  
Iam, quod non mutat larga querela, fero.  
Nata Illwizij 27. April. Anno 73. Obiit  
Aberoda 17. Ian. Anno 78. cum vixisset  
Annos 4. Hebd. 57. dies 5.

### EPITAPHIVM. CHRISTIANVLI FI- LIOLI EIVSDEM.

**S**AI uisici spargens Aberoda semina verbi  
Paulus & quæ, vir is est, quo genitore satus.



Sed, quod eram primæ scædatus origine culpæ.

Portio Tartareo subiicienda Cani,

Sum sacrosancto baptismi fonte renatus.

Inq; cruce Noys iustificatus, aqua.

Ipsa Trias cælo fontem descendit in illum

Atq; hominem veterem perficit esse nouum.

Abstergit culpam, veniam largitur, & intus

Saluifico renouans flamine peccus agit.

Hic nomen Christi, venit mihi, Ianulus, ipsum

Hic Christum amplexus speq; fideq; fui.

Emersi iustus, peccator mersus, & orbi

Mortuus optavi viuere posse Deo.

Quatuor Hebdomadas postquam mea viderat ætas.

Vndecies, sat habens viuere, fata tuli.

Hora breuis morti quæ me delit, abstulit omni

Cum vultus teneri corporis omne decus.

Hora eadem fecit mihi fiebile quodq; perire.

Et mea nancisci gaudia principium.

Hæc est conditio Christi orta cruore piorum

Gaudia post lachrymas carpere perpetua.

Natus Aberodæ 11. Septemb. Anno 78.

Obijt 16. Iulij Anno 79.

E P I T A P H I V M.

D. MATTHÆI PFVTZ

NERI PASTORIS Zwipprens.

M Attheus præsens Pfutznerus sinijt auum,

Non malè quod dicas criminis esse lacum.

Nunc



## Epitaphia.

Nunc liquidos inter fontes coelestia uitæ  
Murmura, planè omni crimine liber agit.  
Exilio quondam Thyringis pulsus ab oris  
Fit uoto Pastor & ippra tuo ille tuus.  
Et te saluantis docuit mysteria Christi:  
Illa stude toto pectore sponte sequi.  
Excultas & ne Christi benefacta nefando  
Crimine, & anuttas coelica regna, caue.

Anno 1578. Obijt.

### AD D. MATTHÆVM

PFVTZNERVM LVGENTEM

sui filioli ANDREAE CONRA

DI mensæ fortuito deiectæ casu  
extincti obitum.

**G**Rata patri celebrant proles conuiuia Hiobi,  
Quotidiè uotis sanctificata Patris.

En natos septem, gnatas tres, turbine seuo  
Diruta confestim perdidit una domus.

Tunc pater abiecta tondit sua tempora ueste  
Et toto afflictus pectore, pronus ait:

**Iob. 1.** Nudus ut in terram matris sum natus ab aluo:

40 Sic & ab hoc tristi nudus abibo solo.

50 Quicquid possedi Dominus dedit: abstulit idem

60 Hoc mihi, pro libitu cuncta potenter agens.

70 Huius ego quouis benedicam tempore nomen,

80 impositumq; seram, quam patienter, onus

Sibona



Si bona de Domini suscepi plurima dextra,      ”  
 Cur mali non constans sustinuisse uelim?      ”  
 Nec stultum quid agit, Domino nec peccat Hiobus,      ”  
 Dum tremulis labijs talia uerba serit      ”  
 Leniat hoc Matthæe tuum Pfutzneri dolorem  
 Quem peperit gnati mors inopina tui.  
 Cum sibi dilecta dum ludens ille sorore  
 Subuersæ mensæ pondere supprimatur.  
 Utq; soles doctor frangi culpæ sinistris,  
 Et sperare Dei de bonitate iubes:  
 Sic, licet infirmæ ductu præcordia carnis  
 Suppeditent luctus plurima signa tibi,  
 Tu tamen erectus summi bonitate Tonantis  
 Abstulit has natum qui ratione tuum,  
 Excute nunc luctus animo & spem concipe uitæ,  
 Quæ proli præbet gaudia, perpetua.  
 Maxima paruus erat tua spes, tuus unicus ardor:  
 Nunc summo factus deliciæ ille patri.  
 Scilicet hoc coram conspersus sanguine Christi  
 Bimulus insigni totus honore nitet.  
 Eheu mortales ueraci uoce uocamur      ”  
 Sic nemo mortis fata parata fugit.      ”  
 Mors est certa, dies incerta, incertior hora      ”  
 Omnibus, & quo nos supprimat illa, modus.      ”  
 Fælix innocuæ moritur qui tempore uitæ,      ”  
 Nec Christum uestem crimine contaminat.      ”  
 Non illum casus, licet horridus esse putetur,      ”  
 Separat à ueri dextra & amore Dei.      ”

Obijt 2. Octob. Anno 1577.



Epitaphia.

E P I T A P H I V M.  
D. IVSTISCHNVR-  
MANNI Pastor. Königerodensis.

**I**Mpia quòd nollem pia dicere dogmata, pulsus  
E Thuringorum cum regione forem  
Hac sparsi exiguo pia semina tempore in aede:  
Me nunc in caelis maxime Christe doces.  
Ut mihi forma fuit simplex & nescia fuci,  
Sic animus simplex, & sine fraude fuit.  
Exegiq; Deo mea facta regente ad Amussim  
Iusticiae, posuit quam Deus ipse suis.  
Nec tamen hinc, solo sed Christi sanguine Iustum  
Et supera civem me reor esse plagæ.

Anno 76. Obijt.

E P I T A P H I V M.  
D. IODOCI PVSCHII  
PASTOR. Bisenrodens.

**H**VC sua decrepitus tumulavit Puschius ossa  
E iusto Christi sanguine Iustus homo  
Quod potuit fecit, dum vires desuper aptas  
Contulit omnipotens pro bonitate Pater.  
Amplius haud potuit (sic vires tarda senectus  
Immunuit) molem ferre ministerij:  
Ergo sponte sua mandato munere cedens,  
In placida cupijt pace, quiete frui.

Qua uolijt



Epitaphia.

72

Qua voti compos licita ratione potitus  
Annos transegit plusve minusve duos.  
Nunc datus aeternae membrisq; animaq; quieti est:  
Nec quod eum cruciet iam male pondus adest  
Omnibus exemptus curis omniq; labori  
Optata in caelis ocia nactus agit.

Obijt 21. Aprilis Anno 79.

E P I T A P H I A  
E P R A E F E C T V R A

MORVNGENSIS pie mortuorum.

È T E Ó Σ T I X O N.

DE OBITV D. IOHAN-

NIS KVSELI Past. in Rotha.

Iohannes terra svgens KVSELVS ab egra  
ossa Rotha ponens. sidera mente svbit.

E P I T A P H I V M.

ANNÆ CONIVGIS

D. SEBASTIANI HOFMANNI

Pastoris in Rotha.

Hic Anna Hoffmanno coniunx dilecta Sebasto,

Filia Geudero nata Simone, iacet.

Quae pietatis amans socioq; in amore fidelis

Consortis semper vixit amica sui.

Bina prole parens fuerat iam facta, iugalis

Lustrum vnum casti legibus vsa thori.

Verticis



## Epitaphia.

Verticis intentos sentit laterumq; dolores,  
Et placidè carnis mole soluta cadit  
Tota fuit Christi spes illi in morte reposita,  
Huic animam, corpus vile dicavit humo.

3. KL. April. Anno 796

È Τ Ε Ο Σ Τ Ι Χ Ο Ν .

DE OBITU ELIÆ IN-  
FANTIS VRBANI GVBISII

Typographi. (LIAS

VICENAM APRILIS LVX aV Xerat aLtera, B=

EXTINCTVS noctV est fVnere GVbisiVS.

Natus Islebij 13. Augusti h. 1. merid.

Anno 75. Obiit in Salinis Saxonis 22.

April. Anno 77. h. 11. noct. cum vixisset

set annum 1. sept. 36. dies. 3.


Errata incuria Typographi certo Corre-  
ctore destituti, relicta candidus Lector  
sic corrigat.

E. 1. lin. 1. lege. Islebia es testis. lin. 7. ob lin. 15. quo  
D. 3. lin. 14. qui, pro quos, queant, pro queas.  
D. 4. lin. 25. cognita. E. 2. b. lin. 10. sapit.  
E. 7. lin. 12. scedere. b. lin. 11. sensu. 19. charis-  
sima. E. 8. lin. 9. errore. F. 4. lin. 11. Sydereas.  
b. lin. 9. quot. G. 1. lin. 4. peragent. G. 3. lin.  
22. Irarum. G. 4. b. lin. 13. concepiti. 23. durant.  
G. 5. lin. 24. quiescere. H. 5. b. lin. 15. natum. 20.  
desimus. H. 6. lin. 4. adiunctis. H. 8. lin. 18. im-  
butus. 1. 4. b. lin. vlt. Multis. 1. 5. lin. 5. tuus. 11.  
C, pro non, 16. ministerijs.











ka 2775

ULB Halle

3

003 496 988



M.G.









Inches  
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13



T V M V L I  
MINISTRORVM VER  
BI DIVINI 40. SCHOLARVM 2.  
Politie. 4. Matronarum 14. Puellor  
rum 16. Puellarum 14.

EX INCLYTO  
COMITATV MANS-  
FELDENSII.

PROXIMO SEPTEN-  
NIO IN AETERNAM VITAM  
euocatorum & euocatarum, Epi-  
taphijs ornati,

à  
Georgio Regebrando,  
Past. Cresfelteni.

Cum Præfatione viri Reueren-  
dissimi D. M. HIERONYMI MEN-  
CELI Superintendentis ibidem.

ISLEBII  
Urbanus Gubisius excudebat.

A N N O.

M. D. LXX.

